

sciuntque maxime decere, si saltem diebus Dominicis, & Sollemnitatibus, cum Altari ministraverint, Sacram Communione partempere. Sanctio est Trid. Concilii, sess. 23. c. 13. De Reformatione. Cap. Mediolanense s. promovendos ad Subdiaconatum interrogandos esse statuit de Minoribus, & Majorum Ordinum differentias, de voto item continentie, quod Subdiaconatus Ordini conjunctum est de Sacramento etiam doctrina, saltem generatim, de modo tandem recitandi Breviarii, ut qui ad ejus recitationem obligantur, non imperiti ad sacrum hoc penam perfolvendum accedant: de quo Conc. Burdigalense anno 1583. c. 14. ita statuit: A Subdiaconatu, statim Officii Divini recitandi rationem teneant, neque omnino superiores illis Ordines conferant, quos per examen hoc insigni, & mortali negligentia teneri consuevit.

Diaconorum examen

VII. Diaconorum futurorum examen aliquanto diligentius de Sacramento doctrina fieri debet: item de Concionibus habendis, ut statuit Conc. Mediolanense s. Cum enim in omnibus Sacramentis ministrant, vicisque gerant Sacerdotis in administrando Baptismo, eidemque propriis assistant, dum Sacram facit, eisque etiam Dominici Sanguinis dispensatio antiquitus convenit, majores quam Subdiaconi, Sacramentorum scientia imbuti esse debent. Cum etiam Catechumenos docere ex Officio teneantur, concionandi, seu catechizandi omnino imperiti ad hunc Ordinem admitti non debent.

Sacerdotum examen, quod scientia illi necessaria

VIII. Major in Sacerdotibus Ordinandis scientia requiritur, cum ad docendum alios apti esse debeant, & ad ministranda Sacramenta instruiti, ut statuit Trident. Synodus, sess. 23. c. 14. De Reformatione: Ad Populum docendum est, quod scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda Sacramenta, diligenti examine procedente idonei comprobentur: atque ita parate, accessu moribus conspicui, ut praclarum bonorum operum exemplum, & vita monita ab eis possint expectare.

Malach. 2. Ordinandorum scientia

Id paulo uberius explicat Conc. Catechismus, in Sacerdote (inquit) non solum ea cognitio requirenda est, qua ad Sacramentorum usum, & translationem pertinet, sed etiam Sacramentorum Literarum scientia instructum esse oportet, ut Populo Christiano Fidei Mystra, & Divina Legis Praecepta tradere, ac virtutem, & pietatem incitare, a vitiis revocare Efficere possit. Sacerdotis enim duo sunt Munera quorum alterum est, ut Sacramenta rite conficiat, & administret: alterum, ut Populum fidei sua commissum, in rebus, & institutis, qua ad salutem necessaria sunt, erudiat. Malachias enim ita testatur: LABIA Sacerdotis custodient scientiam, & Legem requirunt ex ore ejus: quia Angelus Domini exercituum est. Ut igitur in horum altero, si mediocriter cognovissent, praestare quod debet, possit, alterum certe non vulgarem, sed exquisitum potius doctrinam desiderat: quomodo aequo ab omnibus Sacerdotibus reconditarum rerum scientia non exigatur, sed qua ad suscepti Officii, & Ministerii functionem unicuique satis esse possit.

Matth. 23.

De scientia Sacerdotibus necessaria praclare S. Gregorius, Pastoralis Cure p. 1. c. 1. & S. Isidorus Hispanensis Lib. 3. Sententiar. c. 35. Sicut inquit, & peccatores (inquit) Ministerium Sacerdotale assequi prohibentur: ita indocti, & imperiti a tali officio retrahuntur. Illi enim exemplum vitam bonorum corrumpunt, isti vero sua ignavia iniquos corrigere nequeunt. Quomodo docere poterant, quod ipsi non didicerant? Desinat locum decernat suscipere, qui nescit docere. Ignorantia quippe Praesulum visa non congrua subditorum: CAECUS enim si eorum ducatum praeberit, ambo in foveam cadunt.

Julianus Pomerius, Lib. 1. De Vita Contemplativa c. 20.

Julianus Pomerius, Lib. 1. De Vita Contemplativa c. 20. cuius verba sua fecit Conc. Aquilgranense c. 36. Sacerdos (inquit) & sanctus debet vivere propter exemplum, & pie docere propter suae administrationis officium, certus quod ei sua iustitia nihil suffragetur, de cuius manu anima perirentur excipitur. Quando quicumque alius perierit, quem nulla docendi necessitas manet, sedus panas suis celeriter habet: illo autem: cui dispensatio verbi commissa est, etiam si sancte vivat, & tamen peritit vivente arguere, aut erubescat, aut metat, cum omnibus, qui eo tacente perierint, perire peccat? Mentior, nisi hoc Dominus per Ezechielem Propheta sub cuiusdam terroris denuntiatione loquitur ad eum. Et tu, fili hominis, probatorem dedi te domui Israel. Nec hoc transacter debemus audire, quod Sacerdotem speculatorem appellet. Audies, inquit, sermonem ex ore meo, & annuntiabis eis ex me. Si ei peccata sua non annuntiaueris, si eum non argueris, ut ab impietate sua convertatur, & vivat, & te, qui non increpasti, & ipsum, qui te tacente peccavit, & flammis perennibus perdam.

Ezech. 3. 17

Et cap. 36. Sacerdotes pro Populorum iniquitate damnantur, si eos ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant. Omnis igitur Sacerdos pro sua virili proximorum saluti procuranda collaborare debet.

Praclare item S. Bernardus, Declaratione in haec verba: Ecce nos reliquimus omnia, ait: Quomodo excusare ignorantia possit hominem, qui se Magistrum infantium, Doctorem insipientium profectus? Ignorans utique ignorabitur: imo & multos ignorare facit, & ignorari. Quid enim

periculis, ubi non invenit Pastor pascua, ignorat Dux itinervis viam, Vicarius nescit Domini voluntatem, Ecclesia quotidie multipliciter, & miserabiliter experitur. Itaque haec dote (scientie nempe) carens, frustra sibi tangam per Christum introitus, blandituras, siquidem dicitur ignorans: Si CAECUS caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt.

Nec est, quod aliquis scientiae dotem in eo non ita fecere dicat exigendam, qui Presbyteratum hoc tantum sine petat, ut cantui lectioni vel orationi vacet: cui nec Populi docendi, nec regendi voluntas sit. Primo enim qui spondere sudeat cum, qui ante Ordinationem talis promiserit, postea non omnem moturum lapidem, ut Sacramentorum administrandorum potestas sibi deus, ut Animum Cura demandet? Quo argumento conjicit, ipsum non temere de Mysteriis Divinis verba facturum? in docta responsa, noxia consilia, dogmata, & errorum proplaturam, que in totius Ordinis dedecus vergant, & perniciem Populi? Secundo, qui ferat Presbyterium ordinari, ut sibi tantum vacet, non alius? Quod enim Christiani sumus, propter nos est; quod Presbyteri: propter alios. Hoc Sacerdotis Ordinis ratio, hoc potestatis pro populo instituta dignitas, hoc vetus Ecclesiae disciplina, quae inutiles, otiosos, nullam Populi Christiani curam habentes Presbyteros vix patietur: hoc institutio Christi, & Apostolorum Traditio, quibus constat, Presbyteros ad Populi utilitatem, & Sacramentorum Administrationem primum institutos, tamquam indecorum, & inordinatum rejiciant. Quomodo ergo Concil. Mediol. s. prescripto, ab iis, qui ad Presbyteratum promovendi sunt, quaerendum est primum, Quid sit Mysterium Sacramentum; Quis illius sacrificii effectus; Quae ejusdem Partes; Quae mysteria in eo sint; Quae sacramentum veltium significationes; Quae in eo Sacrificio offerendo requirantur; ubi, & quando illud fieri non liceat; Quae dubia aliquando incidere possint; Quae explicatio opus habeant, ut illud recte fiat? Tum explorandum est, an sacra Confectionis aliquid peritiam habeant: an ad alia item Sacramenta recte, riteque ministranda idonei sint: eorum cognitionem explicatorem habeant: an doctrinam teneant, qua verbum Dei recte tractare, Concioneve habere possint: atque de omni re ad salutem necessariam, ante Populum instruere, aut docere possint.

Ordinandorum scientia

IX. Aliquam tamen habendam esse rationem Virorum Religiosorum, qui perpetuo delitescere amant in suis Monasteriis, & ad nullas Animum Curas, ad nullas functiones hierarchicas evocari, quales sunt Cartusiani, Camaldulenses, Grandimontenses, Cistercienses, etc. statuit Synod. Colon. an. 1549. ut scilicet benignius cum agatur, nec eadem, quae in aliis, scientia requiratur. Quam exceptionem confirmat S. Thomas, in 4. Sententiar. dist. 24. q. 1. art. 3. q. 2. ad primum. Sacerdos (inquit) habet duos alios; unum principalem supra Corpus Christi verum, & alterum secundarium supra Corpus Christi mysticum. Secundus autem alius dependet a primo, sed non convertitur: & ideo aliqui ad Sacerdotium promoventur, quibus committitur primum alius tantum, sicut Religiosi, quibus Cura Animum marum non committitur: & a talium orationem requiritur Lex, sed solum, quod Sacramenta conficiant; & ideo aliquid sufficit si tantum scientia habeant, quod ea, quae ad Sacramentum perficiendum pertinent, recte servare possint. Alii autem promoventur ad alium alium, qui est supra Corpus Christi mysticum, & a talium ore Populi legem requiritur: unde scientia legis in eis esse debet; non quidem, ut scient omnes difficiles Quaestiones legis (quia in his debet ad superiores haberi recursum) sed scient, qua Populus debet credere, & observare de lege. Sed ad superiores Sacerdotes (scilicet Episcopos) pertinet, ut etiam ea, quae difficultatem in lege facere possunt, scient; & tanto magis, quanto in majori gradu collocantur.

REGULA XXIII

De studio Mentalis Orationis examinandi sunt Ordinandi.

Cum enim certum sit ex S. Cypriano, Ep. 66. Singulos divino Sacerdotio honoratos, & in Clericali Ministerio constitutos, non nisi Altari, & Sacrificiis deservire, & precibus, atque orationibus vacare debere: probari conveniens est Ordinandos circa studium Orationis, & explorari, an sint in Mentalis Orationis studio, usque versati; quibus Meditationibus instructi Deum taciti orant; quis Orationis motus, qui illius fuerit, quaeque utilitates, quot, quibusque partibus illa consistit; quae regule preparationis orationem, &c. Ita sanxit Conc. Mediolanense s.

REGULA XXIV

Nemo ad Sacros Ordines promovendus est, nisi probata castitate, & qui speret Deo auxiliante se continere posse.

Ita statuit Conc. Trid. sess. 23. cap. 13. De Reformatione. Caelibatus enim Ecclesiasticae Leges Subdiaconatus, ac superioribus Ordinibus annexus est. Unde idem Concilium

Ordinandorum castitas

lium sess. 24. can. 9. Si quis dixerit, Clericos in Sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem sollempniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non ab hac Legem Ecclesiasticam, vel voto, & oppositum nihil aliud esse, quam damnare matrimonium: postquam omnino contrahere matrimonium, qui non sentiantur se castitatem, etiam si eam voverint, habere donum, Anathema sit: cum Deus id recte petentibus non denegat, nec patitur nos supra id, quod possumus, tentari.

Cor. 7.

Ita S. Leo, Ep. 12. alius 89. ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, cap. 4. Cum (inquit) extra Clericorum Ordinem constituti, Nuptiarum societati, & procreantium filiorum studere sit liberum arbitrium: ad exhibendam tamen perfectam continentiam puritatem, nec Subdiaconi quidem connubium carnale conceditur; ut & qui habent, sint tamquam non habentes, & qui non habent, permanent singulares. Quod si in hoc Ordine, qui quartus a Capite est, dignitas est custodienda: quanto magis in primo, & secundo, vel tertio servandum est. ne aut Levitico, aut Presbyterali honore, aut Episcopali excellentia quisquam idoneus estimetur, qui se a voluptatibus acria necdum frenasse cognoscitur.

Lib. 1. Ep. 4.

Inno. III. cap. A multis, Extra, De Etate, & Qualitatibus Ordinandorum idem confirmat ex Urbani II. Decretis cuius haec sunt verba: Erubescant impii, & intelligent iudicium sp. Sancti, est, qui in Sacris Ordinibus, Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu sunt positi, si casti non vixerint, excludendos ab omni eorumdem graduum dignitate. Et iterum, nemo ad Sacrum Ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probata castitatis existat: & qui usque ad Subdiaconatum unicam, & virginem habuerit uxorem. Et ad similitudinem Diaconi, & Presbyteri, Subdiaconus debet continentiam observare, sicut et in Sexta Synodo constitutum: ut si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, nuptiales iure meliori voluerint equaliter, hoc aut Subdiaconatus Ordinem faciat. Et S. Gregorius statuisse legitur, ut nullum faceret Subdiaconum presamant Episcopi, nisi qui se casti virorum promiserit.

REGULA XXV

Esthaliter peccant, qui vel alieno nomine interrogari se patiuntur, vel aliam personam examini supponunt.

De Clericis furtive ordinatis

Qui enim sine examine ad Ordines promoventur, Ordinationem furtive suscipiunt; qui vero alienas personas mentuntur, sacrilegio huic furto cooperantur, utriusque Beneficium indicantur, & impie substantur. Hos autem, qui ea ratione fuerint ordinati, ad superiorem Ordinem ascendere, nisi ex dispensatione, sacra Decreta non permittunt. Nam Alexander III. cap. Peniens, Ext. De eo qui furtive Ordinem suscepit, cum eo, qui furtive Diaconatus Ordinationem consecutus est, dummodo ab Episcopo, vel Archiepiscopo, aliove Praelato fuit Anathematis interminatione prohibitus non fuerit, ab Episcopo dispensari permittitur, imposita Penitentia; ut ad Sacerdotium promovatur: si vero interminatione Anathematis facta fuerit, eidem, nisi post Vitae Religiosae Professionem; indulgendum negat, ut ad Sacerdotium Ordinem ascendat. Hanc porro seu comminationem, seu Sententiam Anathematis contra eos legitur, qui furtive Ordines suscipiunt, non esse usitatum, ac legitimum. Pontificale scilicet Romanum hunc Ritum in ordinatione prescribit, ut antequam Ordinationes celebrentur, aliquis nomine Episcopi ordinandi sub pena Excommunicationis praecipiat, Ne quis non descriptus, examinatus, approbatus, & nominatus, ullo pacto audeat ad suscipiendos Ordines accedere. Quae si Excommunicationis lata sententia est, non solum comminatio (quod ex intentione Episcopi praefertim iudicandum erit) is, qui ejusmodi prohibitione insuper habita Ordinem suscipuerit, in susceptis Ordinibus ministrare non poterit, donec ab ea Excommunicatione fuerit absolutus. Addiderim Canones, qui sine examine ordinatos, & Clero deici praecipiunt, scilicet Can. Si quis, dist. 81. & Can. Quisquis, dist. 34. in eos etiam militare, qui alia persona examini supposita Ordinationem suscipuerint. Hos enim sine examine promotos nemini dabitur, & eo magis placentibus; quod fraude sacrilega indebitam Ordinationem obtineant, & alium in partem criminis subornent.

REGULA XXVI

Nullus ad Subdiaconatum promovendi debet sine legitimo Titulo sine Beneficio, sive Patronatu; ita tamen, ut quicumque Beneficium Ecclesiasticum obtinens ordinari possit Episcopus, si nullam aliunde canonice impedimentum habeat, & idonei iudicentur: ad Titulum vero Patronatus, vel Pensionis esse tantum ordinari posse, quae Ecclesiae suis necessaria, vel utilis iudicaverit.

De Ordinandum Titulo

Antiquae Ecclesiae Lex est, ut nemo absolute ordinetur, id est, nisi certae Ecclesiae adscribitur, in qua Sacra Ministeria obtinet, & ex cuius redditibus, vel obventionibus sustentatur. Hic Beneficii Titulus est, praeter quem nullum alium

agnovit Antiquitas ante Concilium Lateranense 3. sub Alexandro III. cuius can. 5. titulus Patrimonii cepit ex Titulo dispensatione quadam approbari. Episcopi (inquit) si alioquin quem sine certo Titulo, de quo necessaria vita percipit, in Diaconum, vel Presbyterum ordinaverit: tamdiu necessaria ei subministrat, donec in aliqua Ecclesia conventientia ei stipendia Militia Clericali assignet: nisi forte talis, qui ordinatur, existerit, qui adsum, vel paterna hereditate subsidium vita possit habere. Id confirmat cap. Non licet, Extra. De Praebendis, & cap. Accipimus, quod est Innocenti III. Extr. De Etate, & qualitatibus Ordinandorum.

Eandem Regulam confirmat, explicitiusque tradit Conc. Trid. sess. 21. cap. 11. De Reformatione: Cum non deceat, eos, qui Divino Ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore medicare, aut sordidum aliquem qualem exercere, & competuntque sit, complere plerisque in locis, ad Sacros Ordines nullo fore delectu admitti, qui variis artibus, ac lolum, sed fallacis confingunt se Beneficium Ecclesiasticum, aut etiam in facie excedat, de Missarum idoneas facultates obtinere: statim Sancta Synodus, ne qui deinceps Clericos faculari, quamvis alius sit idoneus moribus, scientia, & etate, ad Sacros Ordines promovetur, nisi prius legitime confect, eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad vitam honeste sufficit, pacifice possideat. Id vero Beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius Beneficii titulum sit promotus: neque ea Resignatio admittatur, nisi confect, quod aliunde vivere commode possit: & aliter facta Resignatio nulla sit. PATRIMONIUM vero, vel Pensionem obtinentes ordinari posthac non possunt nisi illi, qui Episcopus iudicaverit assumendos pro necessitate, vel communitate Ecclesiarum suarum: eo quoque prius prescripto, Patrimonium illud, vel Pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quae eis ad vitam sustentandam satis sint; atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel veniri nullatenus possint, donec Beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint: antiquorum Canonum penam, supra his innovando.

Tituli Patrimonialis dispensatione

Titulus Ordinationum

Sordidus qualem non in profanis alolum, sed in facie excedat, de Missarum idoneas facultates obtinere: statim Sancta Synodus, ne qui deinceps Clericos faculari, quamvis alius sit idoneus moribus, scientia, & etate, ad Sacros Ordines promovetur, nisi prius legitime confect, eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad vitam honeste sufficit, pacifice possideat. Id vero Beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius Beneficii titulum sit promotus: neque ea Resignatio admittatur, nisi confect, quod aliunde vivere commode possit: & aliter facta Resignatio nulla sit. PATRIMONIUM vero, vel Pensionem obtinentes ordinari posthac non possunt nisi illi, qui Episcopus iudicaverit assumendos pro necessitate, vel communitate Ecclesiarum suarum: eo quoque prius prescripto, Patrimonium illud, vel Pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quae eis ad vitam sustentandam satis sint; atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel veniri nullatenus possint, donec Beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint: antiquorum Canonum penam, supra his innovando.

Solum Beneficium est Titulus legitimus ad Sacros Ordines: Patrimonium vero non nisi dispensatione, quemadmodum etiam alias declaravit Sacra Congregatio ejusdem Conc. Interpres. Et propterea Concilium utitur illi verbis, Statuit, ne deinceps, quae ostendunt hanc Provisionem esse Jus Novum.

Pena Canonice adversus ordines, & ordinantes sine Titulo.

Pena antiqui Canonibus latas adversus Ordinationes absque Titulo Conc. Trid. renovavit: quo nomine non solum intelliguntur canon Neminem, & canon Sanctorum, dist. 70. quibus absque Titulo Ordinati a Sacris Ordinibus ita suscepti ipso jure suspenduntur, sed etiam Gregoriana Decretales, cap. Cum jam dudum, & Non licet, & cap. Episcopus, tit. De Praebendis; quibus Episcopi, qui Clericum aliquem absque Titulo ad Sacros Ordines promovent, ad alimenta eidem praestanda obligantur. Ita declaravit Sacra Congregatio Concilii Interpres, teste Eaganano. Teneatur autem Episcopus Clerico sic Ordinato de bonis suis vitae necessaria congrue subministrare, donec Beneficium Ecclesiasticum competens vel ab ipso Ordinate, vel ab alio fuerit affectus. 2. Eadem pena tenetur Episcopus, qui Clericum sine Titulo jam constitutum in Sacro Ordine promovit sine novo Titulo ad superiores Ordines. Si plures Episcopi Clericum illis subditum ratione originis, domicilii, vel Beneficii sine Titulo ordinaverint, quilibet tenetur solidum praestare alimenta sic Ordinato. 4. Non solum Ordinator ad id tenetur, sed hoc uno transit ad illum successorem, & ad haeredes.

REGULA XXVII

Qui cum fido Titulo decepit Ordinandum, ipse Jure ab Ordinum executione suspensus est.

Concilium enim Trid. innovavit penam Suspensionis statutam can. Neminem, & can. Sanctorum, adversus eos, qui sine Titulo Beneficii, vel Patronii legitimo fuerint per fraudem ordinati; nam eam certe non fuisse, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii Trid. Interpres, die 17. Novembris anno millesimo sexcentesimo decimo. Ita referet Eaganano loco supra laudato. Hanc Regulam confirmat Urbani VIII. Constitutio, quae incipit, Sacris aeterna providentia, edita die 11. Decembris anno 1624. Suspensionem perpetuam decernens contra promotum fido, falso, seu fiduciario patrimonio, his verbis: Promoti vero perpetua Suspensionis penam absque ipso dispensationis a Sede Apostolica obtinenda incurrant: ut ipso insuper promotus in jusmodi, ac etiam eos, qui eam falso, aut fideiarius Patronii Titulo scienter se ad Ordines hujusmodi promovendi fecerint, non solum praedictis, verum etiam majoribus, arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis insigendis panis, &c. Relict Barboza p. De Officio, & p. testate Episcopi, Alleg. 10. §. 33.

Ordinationum Titulus

REGULA XXVIII.

Religiosi, seu Canonici, vel Clerici Regulares, seu in claustro Monasteriorum, aut Domorum Regularium viventes in communi, qui nunquam, seu non nisi ad certum tempus Professorem emittant, & ex claustro exire, vel dimitti, & ad saeculum redire libere, & licite possunt, si praeceptis Religionis ante Professionem expressam Sacros Ordines susceperint absque Titulo sufficientis Beneficii, vel Patrimonii, ipso Jure ab executione Ordinum sunt suspensi, & si Ministeria Sacra obierint, eo ipso in Irregularitatem incurrant. Ordinantes vero per annum a collatione talium Ordinum ipso Jure sunt suspensi.

Ita statuit, ac declaravit Pius IV. Constitutio, quae incipit, Romanus Pontifex, edita pridie Idus Octobris 1568. incommodum avertere volens, quod sic promoti, & ex claustro exeuntes, & per saeculum vagantes, vel mendicare, vel fordidum quatuor exercere, non sine ipsorum dedecore, vel Ordinis vilipendio, & quam plurimorum Christi fidelium scandalo cogebantur. Patres Societatis Jesu ab hac lege singulari Religiosa excepti Greg. XII. votaque simpliciter post biennium Novitatus emissa ipsi sufficere declaravit, ut sub Titulo Religiosa paupertatis ad Sacros Ordines promoveri possint: Constitutio, quae incipit, Asestante, edita anno 1584. & Greg. XIV. id confirmavit Constitutio, quae incipit Ecclesia Catholica, edita anno 1591.

REGULA XXIX.

Regulares Religiosa Professionem reficiationem loco Tituli exhibere tenentur, cuius Rationabiliter in Scriptis, ac Juramento firmata Episcopus ab ipso exigere potest.

Ordinationum Titulorum.

Hanc Regulam firmat laudata S. Pii V. Constitutio, & Conc. Mediolanensis. Decretum 21. his conceptum verbis: Ut quod communis Pontifex Pius V. in explicacione Decreti Tridentini, quod est sess. 22. cap. 2. constituit, executionem habeat Episcopus non Clericum nullum Regularem, neque Saecularem, qui Regularem non in communis voti disciplina sit, Beneficiumque Ecclesiasticum non habeat, Ordinum Sacrorum adscribit, nisi a Superiore scilicet ille attulerit, & se Religiosum, cui adscriptus est, Professionem consecisse, & utatque affirmet, scripto manus suas subscruato, coram Episcopo, sed id sponte fecisse, aut ratum habuisse. Illud aut scriptum in Archivo asserendum Episcopus curat. Eadem fere habet Conc. Aqueense, Decretum illius equis inde patet, quod cum loco Tituli Ecclesiastici, vel Patrimonii sit regularis Professo Religiosa Viri, sicut Ecclesiastici Beneficii Titulum, & pacificam possessionem, vel Patrimonium, seu annum censum Ordinatori suo comprobare debent Saeculares Clerici, ut ad Sacros Ordines promoveantur; quia ipsius, est cavere, ne sine hujusmodi Titulo facta Ordinatio vitiosa sit: ita apud eundem de Religiosa Professione emissa Regularis fidei fides oportet, ne ad Titulum Monasterii falso aliqui ordinentur, & Religiosam Professionem ideomantentur. Quia vero vel extorta, vel ante etatem facta, vel ante Probationem annum, vel alius ejusmodi conditionibus destituta, sine quibus ipsam irritam esse Summi Pontifices declarant, nulla est, & irrita, consulto additur illa Religiosa Professionis coram Episcopo rati habitio, ne aboluta polita Professione, absque illo Titulo quis ordinatus remaneat; & ita cum Ordinis Clericalis dedecore mendicare, aut fordidum quatuor facere cogatur. Quam infamiam ut averteret Bardigalensis Synodus sub Cardinale De Soudis, c. 6. n. 4. De Subdiacono, hoc Decretum edidit: Regularis autem quicumque sine literis Superiorum suorum, quibus confessor vota Religionis emisit, non ordinentur: promissi vero, si quando ab hujusmodi Superioribus pro criminis exigentia puniri conveniant, & urgent necessitas, ne possint tamen habitum Religionis privari, ita ut extra Monasteria in contemptum Ecclesiae ejiciantur monacharum: sed intra eorumdem Monasteriorum septa detineri, puniri, & sustentari: & ad illi praedicti Superiores per Ordinationem compellantur.

Clerus denique Gallicanus in Comitibus Generalibus anno millesimo sexcentesimo vigesimoquinto congregatus, Regularem neminem ad Sacros Ordines promovendum esse decrevit, nisi Monasterium, in quo Professionem emisit, esse adstringat ad praebendum ipsi alimenta, si quocumque praetextu, specie, vel occasione ejectionis, aut dimissionis fuerit: quo vero nullus redditus habent, spondente se nunquam illos, qui ad Sacros Ordines promovendi sunt, ejectionis, Episcopo, aut ejus Vicario Generali inconsultis.

REGULA XXX.

Nullus ordinandus est, nisi certa adscribitur Ecclesia, quam si deserat inconsulto Episcopo, a Sacris Ministeriis suspendi debet.

Hanc Regulam, antiquis Conciliis statutam, confirmat Tridentina Synodus sess. 23. cap. 16. De Reformatione:

Cum nullus inquit, debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiae, Sancta Synodus vestigiis sexti Canonis Concilii Chalcedonensis inhaerendo, statuit, ut nullus imperatorum ordinetur, qui illi Ecclesiae, aut pio loco, pro cuius necessitate, aut utilitate assumitur, non adscribitur, ubi suis iungatur Muneribus, nec interitus vagetur salubris. Quod si locum incolat Episcopo deseruit, et Sacrorum exercitium interdicatur.

REGULA XXXI.

Ordinandorum consensus necessarius est, adeo ut irrita esse Ordinatio, qua prorsus renitenti, & resistenti, & qui nulla ratione ad consentiendum adduci possit, conferretur.

Quod enim declaravit Innocentius III. c. Majoris, Ex Ordinatione, De Baptismo, & eius effectu, quod ille, qui num. cum consensu quam consentit, sed prorsus contradicit, nec verum, nec Characterem suscipit Sacramenti, non minus de Ordinatione, quam de Baptismo verum est.

Qui tamen conditionali coactione (ut loquuntur Canonici Juris Interpretes) ordinati sunt, idest conditionaliter voluerunt, quod alias absolute nolissent, eorum Ordinatio valida est, ut docent S. Raymundus 3. p. Summa, tit. De Etate Ordinandorum, §. 16. aliqui Juris Canonici Commentatores. Sic Paulinus S. Hieronymi fratri vis aliqua facta est a S. Epiphano, ut Diaconus, & Presbyteratus Ordinationem susciperet, ut ipsemet S. Epiphanius testatur, in Epist. ad Joannem Hierosolymitanum: Cum igitur (inquit) celebraretur Collecta in Ecclesia villa, qua est iuxta Monasterium nostrum, ignorante eum, & nullam penitus habentem suspicionem, per multos Diaconos approbandi iustissimus, & teneri se ejus, ne forte liberari se caperent, adjuvaret nos per Nomen Christi: & primum Diaconum ordinavimus, proponentes ei timorem Dei, & compellentes ut ministraret, valde quippe obtruncatur, indignum se esse confessans: vix ego compulsum eum, & persuadere potuimus testimonio Scripturarum, & propriis Mandatorum Dei: & cum ministraret in Sanctis Sacramentis, rursus cum ingenti difficultate, tentore ejus, ordinavimus Presbyterum, & istidem verbis, quibus ante susceperat, impulsus, ut sederet in Ordine Presbyterii. Sic S. Paulinus, cum Bacinone veritate, Repentina vi multitudine correptus, & Praeceptorum incitatus est invidiosus: ea tamen conditione tandem consentit, ut Bacinonensi Ecclesiae non alligaretur, ut ipse testis est in Epistola ad Severum. Sic Paulinus violenta plebis impressione ad Sacerdotium postulatus est, acceptumque Iuramentum praesente S. Augustino, Ut si quando illi ad suscipiendum Clericum consentire placuisset, non nisi in ipsa Hipponensi Ecclesia consentiret. Ipsum autem ad Iuramentum hujusmodi, & ad manentem apud se promittendam Hipponenses compulerunt, Quia per illam praesentiam ordinatum est, eum etiam ad Clericum suscipiendum posse desiderantibus consentire: ut refert S. Aug. epist. 126. alias 125. ad Albinam. Sic Germano Antifiodoreni postmodum Episcopo, cum esset Provincia Praelectus, vis quodammodo illata est a S. Amatore Episcopo, qui glomerata secum turba Clericorum, atque Nobilium, vallatis Ecclesiae foribus, injiciens manus ipsum apprehendit, & invocato Nomen Domini, cesariem ejus capiti detrahens, habitum Religionis, relictis secularibus ornamentis, cum promotionis honore induit. Germanum Episcopum sua omnium voce postulat: bellum civile indicitur, cuius subjectio facili fuit, cum etiam ab his, quos pro se paraverat, vinceretur. Suscepit Sacerdotium invitatus, coactus, adductus; sed repente mutatus ex omnibus, deseruit Mundi Militiam, caelestis assumitur, saculi pompa calcatur, uxor in sororem ex conjugio mutat, & cetera. Ita refert Constantinus Presbyter in ejus Vita. Sic Macedonius Monachus sanctissimus, & admirandae simplicitatis, quodammodo invidus a Flaviano Antiocheno Episcopo Presbyter ordinatus est, ut refert Theodoretus, Historice Religiose c. 13. Flavianus inquit, de Montis illam verticem per speciem obiecta accusationis abduxit, & sub mysticum Sacrifacium Altaris admovit coepavitque in numerum Sacerdotum. Cumque peracta Liturgia hoc illi quidam iudicasset (ignorabat enim prorsus quod esset) primum quidem convictus, verbisque asperis praedicat universos, deinde accepto baculo, quo innoxius proferre senium incedebat, Pontificem ipsum, & alios, qui aderant, insectus est; Ordinationem hanc ratus Montis verticem sibi, optatamque habitationem erepturum: sed tum quidem se indignantem egre tandem amici quidam sedaverunt. Expulso autem hibernada circulo cum redisset dies Dominicus, iterum evocavit illum Magnus Flavianus, rogansque, ne Celebratam cum ipse inter-esse. Tum ille ad eos, qui venerant: An vobis, ait, non sufficiens, qua iam alia sunt, sed iterum me Presbyterum creare videtis? Et respondens illis, Fieri non posse ut bis eadem fiat Manuum impressio, non acquiescit, ne profectus est, deinceps illum tempus, & familiares hoc sapienter decernunt. Plurima sunt alia, & quidem illustria Sanctorum Virorum exempla, qui sine reuinitatis, ut sibi ipsis videbantur, concilio, & Sacerdotii pondus, ac majestatem reverent, aliquando Ordinationi resistunt, sed tandem cessant postulatione plebis imporetunt.

Ordinationum coactus.

Et quotiens.

Quis de Irregularitate suspensus possit.

tantui, aut violentia, vel Episcoporum imperio, in se, ac de se fieri consentientes quicquid Ecclesiae, Praefuleque vellent. Hoc sensu S. Aug. epist. 173. alias 204. ad Donatum, cap. 3. scribit: Neminem existimas cogendum esse ad bonum: actendo, quid Apostolus dixerit, Qui Episcopatum desiderat, bonum opus concupiscit: & tamen tam multi, ut Episcopatum suscipiant, veniunt invitati, perducuntur, includuntur, patiuntur tanta quae volunt, donec eis adhibeant voluntas suscipiant operis boni: quanto magis vis ab errore pernicioso in quo vobis inimici estis, trahendi estis, & dederunt ad veritatem, vel cognoscendam, vel eligendam, non solum, ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime peratis?

CAPUT IV.

De Impedimentis Ordinationum, & Irregularitatibus.

Irregularitas est vitia, seu canonicum impedimentum, ex factis, seu defectibus proveniens, quo quis tam ad Ecclesiasticos Ordines promovendi quam promotus in istis ministrare prohibetur, etiam post Poenitentiam.

Irregularis dicitur, quasi alienus a regula, sive Canone, ut colligitur ex Conc. Niceno can. 17. ubi decernitur, ut si quis Clericus invenitus fuerit ex mutuo famere, vel turpe lucrum sectari, Deiciatur a Clero, & alienus existat a Regula: Et can. 9. loquens de quibusdam Presbyteris sine examine ordinatis; & peccata ante Ordinationem commissa conditibus, ait: Tales Regula non admittit, quia quod irremediabile est, Catholica defendit Ecclesia.

Dicitur Impedimentum Canonicum, idest, Jure Canonico, fide Ecclesiastica inditus. Unde contracti non censentur Irregularitas, nisi in casibus a Jure expressis. Unde can. 18. De Sententia Excommunicationis, in Sexto, respondit Pontifex, quod is, qui in Ecclesia sanguinis, aut feminis effusione polluta, vel qui praesentibus majori excommunicatione notatis scilicet celebrare praesumpsit, licet in hoc temerarie agat, Irregularitatem tamen laequum non incurrit: Cum id non sit expressum in Jure.

Dicitur, Quo quis ad Ecclesiasticos Ordines promovendi, & in istis ministrare prohibetur: quia Irregularitas praesentis, ac directae tendit ad impediendam susceptionem Ordinum, vel eorum usum. Nulla fit mentio Beneficiorum Ordinum, quia non est consequens, ut qui Ordinum usum, & exercitium privatus est, Beneficium etiam privetur, nisi id in Jure fuerit expressum, quemadmodum de homicidio per alios non perpetrat deservit, cap. 1. De homicidio, in Sexto. Jure quidem antiquo, cum Ordines, & Beneficia simul conferrentur, eodem Irregularitas ad utrumque simul aditum praecedebat: postquam vero Beneficia ad ipsi Ordines separari ceperunt, eorumque collatio ad Ordinationem sejangi, caput Irregularitas ad solos Ordines restringitur, de quibus solae Canones loquuntur, atque ita receptum est contra praesentem Disciplinam, ut Irregularitas fide Beneficium privati non censentur.

Hinc sequitur, Irregularitatem Censuram Ecclesiasticam non esse, quia tendit primario ad impediendam Ordinum susceptionem, aut eorum usum. Is autem non est primario Censuram effectus, sed consequens damtaxat, & indirectus. Censura, inquam, impedit Ordinum functiones, aut quatenus sunt communicatio quaedam fidelium, ut Excommunicationis: aut quatenus sunt Officia quaedam Ecclesiastica, idest, a personis Ecclesiasticis exercenda, ut Suspensio: aut quatenus sunt usus Sacramentorum, ut Interdictum: sola Irregularitas directe eas impedit, quatenus sunt exercitia Ordinum.

Dicitur denique, Etiam post Poenitentiam, quia Irregularitas, etiam ex crimine contracta, proprium est, ut crimine per Poenitentiam remissa, nihilominus maneat. Duplex est Irregularitatis genus. Quaedam ex delicto, altera ex defectu. Illa oritur ex defectu, & indecentia, citra culpam hominis in illa incurritur. Illa proficiscitur ex delicto, quod Ecclesia prohibitione a Clericatu, & Sacris Ordinibus, eorumque Ministeriis coerceri voluit.

Irregularitas ex defectu septem species complectitur. Prima est ex defectu animi, quodammodo amentes, enervamenti, & illiterati sunt irregulares. Altera ex defectu corporis, quomodo sunt irregulares, qui membro aliquo mutilati sunt, vel insigniter deformes, leprosi, morbo caduco laborantes. Tertia, ex defectu natalium in filii illegitimi, & spurii. Quarta, ex defectu libertatis, in servis, & obligatis ad rationem. Quinta, ex defectu aetatis. Sexta, ex defectu Sacramenti, in bigamis. Septima, ex defectu perfectae lenitatis, idest, ex homicidio licite perpetrato, in Judicibus, Regibus Cognitoribus, Notariis causarum capitalium, Accusatoribus, Testibus.

Irregularitas ex delicto quinquplex est. Prima ex irratione Baptismi. Altera ex indebita susceptione, vel usu Ordinis. Tertia ex heresi. Quarta ex homicidio illicite perpetrato. Quinta ex infamia.

In Irregularitatis ex delicto occulto provenientibus dispensare potest Episcopus, excepta ea, quae oritur ex homicidio voluntario, exceptis etiam aliis deductis ad forum

contentiosum; ut declarat facta Synodus Trid. sess. 24. c. 4. De Reformatione. In his vero, quae ex delicto illicite proveniunt, Summus Pontifex duntaxat dispensare potest.

Qui Tonfuram Clericalem, vel Ordines suscipit, cum esset irregularis, vel functiones Ordinum exeret, lethale quidem commisit peccatum, sed novam Irregularitatem non contraxit, Irregularitas enim non contrahitur, nisi in casibus a Jure expressis, ut colligitur a pari c. 18. De Sententia Excommunicationis, in Sexto, & ex Regula Juris, Odisa restringi, favores conveni ampliare.

Conc. Mediolan. 4. p. 2. tit. Quae pertinent ad Sacramentum Ordinis, paucis explicat, quoniam implicant ad Ordinum susceptionem. Impedimento inquit, irreti, hi sunt: Minores natu, Sacramento Chismatis non confirmari, vides, & ignari, criminosi, sollemniter Poenitentes, Neque, abrietati, aut gula dediti, impudici, lapsi post Ordinem susceptionem, perjurii, usurarum manifesti, infames, rationis obligati, servi, corpore vitati, insipientes, irregulares illegitime nati, peregrini & ignoti, bigami, irregulares usque alio modo, suspensi, interditi, excommunicati, ames, morbo caduco laborantes, enervamenti, non examinati & probati.

His praenotatis, de praecipuis Ordinationum impedimentis singillatim agendum est.

ARTICULUS PRIMUS.

De Impedimento sexus.

Mulieribus sexus Sacrae Ordinationis est inapax, non Ecclesiasticum tantum Jure, sed Naturali & Divino. Sexus enim mulieribus, fexus subjectionis est: ut caput est mulieris, Sacerdos autem mulierum caput Populi: mulier ergo Sacerdotii incapax, quam Deus caput esse voluit, curatum abest, ut Populum subiceret, cum potius ipsa vo, Deo ita volente, subiecta sit. Deinde nativo quodam pioe mulieris a docendo, aliisque publicis functionibus, quales sunt Sacerdotales, obediendis retardantur; ideo Christus mulieres a Sacerdotio arcei voluit. Mulieres in Ecclesia vocant (inquit Apoll. 1. ad Cor. 14.) Non enim permittit eis loqui: sed subditas esse, sicut & Lex dicit: Si quantum voluit discere, domi viri sui interroget. Tunc est enim mulier loqui in Ecclesia. Ad Ephesios 5. Mulieres subdita sint viris suis, sicut Domino: quoniam ipse caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiae. Ipsa calvaria corporis ejus. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulier viri suis in omnibus. Et 1. ad Tim. 2. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Decree autem mulieris non permittit, neque dominari in virum, sed esse in virum: Adam enim primus formatus est, deinde Heva: & Lam non est seductus, mulier autem seducta in praevocationem. Quamobrem conveniens non erat, ut ei Deus per Sacerdotium daretur ad pietatem inhiilandam coederet, & postior creatura, prior in peccatum incidit, virumque tum in peccati foveam praecipitem traxit. Lege S. Epiphanius, Haereti 49. ubi Quintilianorum, sive Pezupianorum, aut Artotyritarum haerem describit, & impugnat, ad quos gradus allegebantur, nullum ut fexus discrimen servaret. Nam in Christo Jesu inquebant, neque mas est, neque femina. Quibus Apolloli verbis abutebantur, cum nihilulud significet, nisi nullam esse fexus praerogativam quantum ad fidem, divina legis observationem, justificationis gratiam, adoptionem in filios, aeternae felicitatis retributionem unde subjungit, Omnes enim filii Dei estis per fidem qua est in Christo Jesu: sed non significant parem esse sacerdotium obtinendum fexus utriusque capacitate.

Objecebat, Sororem Moysis, & quatuor Elippi filias Prophetissas fuisses, ac perperam inde colligebat, mulieres Sacerdotio posse initiari. Dispat enim est Sacerdoti, & Prophetae ratio. Nam Prophetae ex genere egritarium, quae gratis datae nuncupantur, quantum in distributione nullus naturae servatur ordo, quis praefer natura est, quod recipitur. At vero in Ecclesiastico Regimine ritumque licet supernaturalis Sacerdotibus, ac Ministeriis ritibus tradiderit Potestatem, ordinem tamen naturalem servari voluit, ut fexus ille a Sacerdotio excluderetur, & ad subjectionem factus est, non ad imperium destinatus. Id confirmat S. Thomas, in 4. Sent. dist. 25. q. 2. qu. 1. ad primum. Prophetae (inquit) non est Sacramentum, sed nuntius Dei. Unde non exigitur ibi significatio, sed solum r: & quia secundum rem in his, qua sunt anima, mulieres differre a viro (cum quandoque mulier invenitur melioris animi ad animam multum viris) ideo duntaxat Sacramentum. Cum enim Ordo ad imperandum institutus sit, & quantum Ordinatorum supra ceteros praereminant, & ipsellum significet, mulieres vero ad subjectionem a Deo dicitur sint; ideo Ordinationis incapaces sunt, quae praerogativa subjectioni isti apostatam tribuit, exprosequere signat.

Legatur rursus S. Epiphanius, haereti 79. ubi Polydianos impugnat, apud quos Mulieres quaedam cum, sive fellam quadratam adornantes, lineo desuper exto, sollemn tempore, per aliquot dies panem propinant, &

De Irregularitatibus.

De Irregularitatibus.

in Mariæ Virginis Nomen ostendebat: offenditque numquam ex quo Mandas conditus est, Sacerdotio functam esse mulierem, five tempore Legis nature, five Legis Mosaicæ, five Legis gratiæ. Certe si Sacerdotium mulieribus mandatum foret, aut carnis unum quiddam præbere in Ecclesia liceret, nulli potius quam Mariæ illud in Novo Testamento committi debeat, cui tantus honor est habitus, ut in gremio, sinu suo Regem amicum, ac celsissimum Deum, Digne Filium exciperet. Cuius uterus, velut templum, ac domicilium ad Divinitatis incarnationem singulari est Dei benignitate magno, ac stupendo mysterio preparatus. Verum longe Deo aliter est visum: ac ne baptizanda quidem potest illi facta: cum aliqui tungi ab illa Christum potius, quam a fratre potuisse.

Notantur quidem in Canonibus Episcopæ, & Presbyteri, non tamen ab illo Ordine, vel Ministerio, sed a vitæ suis, qui ad Episcopatum, vel Presbyteratum promoti fuerant: quibus mulieribus perpetuè continentia lex imponitur, antequam earum mariti Sacris Ordinibus initiarentur, a quibus proinde uxorum loco non amplius habebantur, sed fororum. Frequens etiam est in Ecclesiasticis Monumentis Diaconillarum mentio, sed nec istæ Sacram Ordinationem susceperunt, sed earum institutum est Ministerium, ut mulieribus flexu honestati in Baptismo consulatur, ut & Epiphanius docet. Quamvis autem Ordinationis Diaconillarum meminerit Tertullianus Lib. 1. Ad Uxorem, c. 7. Conc. Chalcedonense, can. 15. Conc. Trullanum can. 14. Justinianus Imperator passim in Novellis; Ordo Romanus, &c. ea tamen Ordinatio, seu manus impositio sacramentalis non fuit, sed mera cæremonia, quemadmodum Abbatislarum Benedictio. Munus illarum præcipuum fuit, et mulieribus Officia præstare, quæ Diaconi viris. Ideo potius custodiabant, per quas illæ ingrediebantur, earumque concessam in Ecclesia ordiabant. Principia Fidei, & Ritus Baptismi eis exponebant, ipsique aderant cum ad instructionem nudabantur. Viduarum quoque, & pauperum, & sacerdotum Virginitatem cum Diaconis curam gerebant: sed Altaris Sacrificio non ministrabant, non accedebant ad Altare, non sacra vasa tractabant, non cænebant Evangelium, quamquam Orarium in sua Benedictione acciperent; non denique verbum Dei prædicabant, aut baptizabant, neque sacra hæc Ministeria obediunt tradebatur: ipsi Potestas, quæ Diaconis conferuntur.

ARTICULUS II.

De Impedimento puritatis, & amentia, & venationis a Damonis.

Ueris, vel amentibus, cum usu rationis careant, Sacramentum Ordinis illi conferretur. Si tamen illis administraretur, Sacramenti Characterem eorum animis imprimere: unde Ordinationes eorum iterandæ non essent ubi adulta essent ætate, & singulis Ordinibus Ecclesiæ Decretis præscripta, aut sine mente; ut colligitur ex c. unico De Clerico per saltum promotus quod est Innoc. III. Necessitate quidem præcepti necessarius est rationis usus, ut quis ad Ordines promoveretur, non tamen necessitate Sacramenti, ut docet S. Thomas in 4. Sentent. dist. 25. q. 2. art. 1. qu. 2. Idem docet Conc. Trid. Catechismus. Atrepti, si hæc a Damonibus obsessi ab Ordinibus pariter arcantur, can. Maritum, can. Communiter, can. Clerici, & ceterisque, dist. 33.

ARTICULUS III.

De Impedimento servitutis.

Ervi ab Ordinationibus excluduntur, can. Nullus, dist. 54. ex S. Leonis epist. ad Episcopos Campaniæ, & can. Nulli, ex Conc. Triburienis, alisque Canonibus, & Pontificum Responsis, Lib. 1. Decretalium, tit. 18. De servis non Ordinandis. Ab Ordinibus suscipiendis pariter arcantur quicumque ad rationem sunt obhæti, vel huiusmodi negotiis temporalibus implicati, Cap. Magnus, ex Conc. Carth. 1. Ext. De obligatis ad rationem non ordinandis. His non patet aditus ad Clerum, Nisi post desposita onera, & reddita rationem. Rationem huius disciplinæ S. Thomas avertit in 4. Sentent. dist. 25. q. 2. art. 2. qu. 1. In susceptione Ordinis mancipatur homo Divinis Officiis: & quia nullus potest alteri dare, quod suum non est, ideo servus, qui non habet potestatem sui, non potest ad Ordines promoveri: si tamen promoveatur, Ordinem suscipiet quia literas non est de necessitate Sacramenti licet sit de necessitate præcepti; cui non impeditur Potestas, sed alium tantum. Et similis ratio est de omnibus, qui sunt aliis obligati.

ARTICULUS IV.

De Impedimento natalium.

Puri, & quicumque ex legitimis Nuptiis non sunt procreatum, sed ab Ordine susceptione arcantur, ut constat ex variis Canonibus dist. 56. relatis, & ex cap. Per veritatem in filiis presby-

terorum, Ext. Qui filii sui legitimi. Rationem avertit S. Thomas, in 4. Sentent. dist. 25. art. 2. qu. 3. Ordinatus inquit, in quadam dignitate præ aliis constituitur; ideo ex quadam honestate requiritur in eis claritas quædam, non de necessitate Sacramenti, sed de necessitate Præcepti, ut scilicet sit bona fama, bonis moribus ornata, non publice Convictus. Et quia obsecratur hominis claritas ex vitæ origine, ideo etiam de illegitimo thoro nati a susceptione Ordinum repelluntur, nisi cum eis dispensetur: & tanto est difficultas dispensatio, quanto origo est turpior: puta, si adulterini fuerint, vel ex stupro, incestu, aut sacrilegio nati, quam si ex fornicatione simpliciter procreati essent.

Triplex est modus hunc defectum removendi, scilicet subsequens parentum matrimonium, de quo in cap. Tanta, Ext. Qui filii sui legitimi, ubi Exoniensis Episcopo rescribit Alexander III. Tanta est vis matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur. 2. Religiosa professio in Canonibus, ut in Canonica Regulari, ut constat ex can. 1. Presbyterorum, quod Urbani II. Responsum est, dist. 56. & ex cap. Ut filii, Ext. De filiis Presbyterorum, Sec. 3. Modus hunc defectum removendi est dispensatio.

Potest autem Episcopus cum illegitimis ex quocumque etiam damnato coniugis dispensare, ut ad Minores Ordines, & Beneficium simplex promoverentur; non vero, ut ad Majores Ordines, aut Beneficia Curam Animarum, Dignitatem, Ordinem Sacrum annexam habentia, quales sunt Canonicatus Cathedralium Ecclesiarum, secundum Jus Novum Trident. Conc. sess. 24. cap. 12. De Reformatione. Ille vero qui cum Summo Pontifice dispensat, ut natalium defectum non obstante, valeat ad Beneficium Curam etiam Animarum annexam haberi promovendi, non potest præterea dispensationis huiusmodi, quam exorbitantem a Jure oportet velati omnino retrahere, nisi unicum Beneficium obtinere. Ita constat ex cap. 11, qui desinit, tit. De filiis Presbyterorum, in Sexto. Illegitimos natos, ad Dignitates, Personatus, & alia Beneficia Curam Animarum habentia, sine dispensatione Sedis Apostolicæ promovendi non posse, declaraverat antea Greg. IX. cap. Nihil. Ext. De filiis Presbyterorum.

A vero dispensare potest Episcopus super eo impedimento, cum occultum est, quæsitum est ab Auditoribus ventilatum. Probabilis est non posse: quia Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. De Reformatione, permittit Episcopi, ut dispensent dumtaxat super Irregularitatibus ex defectu oculi, non autem ex defectu provenientibus.

Ceterum Religiosi Professo natalium defectum removet; factique, ut qui Deo solemnibus votis consecratus est, ad Sacros Ordines absque dispensatione promovendi possit, ut constat ex Conc. Nannetensi, quod Hilberio Taronenfi Archiepiscopo Prædicatum celebratum est anno 1127. ex Conc. Later. 2. sub Innoc. II. can. 21. ex Innoc. III. Lib. 4. ep. 118. Decretum Urbani II. & can. Concilii Pictaviensis citate, & ex communi Ecclesiæ praxi: necesse est tamen ipsi esse dispensatio, ut ad Episcopalem Dignitatem, & Regulares Prælatas promovendi possint, ut constat ex c. Ut filii, Ext. De filiis Presbyterorum non ordinandis, Sanxerat quidem Sixtus IV. ne ad Religiosam Professionem reciperentur illegitimi, sed ejus Constitutionem rescidit Gregor. XV. Constitutione, quæ incipit, Ceterisque, & Romanæ Prælatibus potestatem tribuit concedendi Dispensationes Regularibus extra legitimum Matrimonium natis, ut ad Clausuales Præfecturas promovendi possint.

Defectus tamen natalium non impedit, quin Monachus instituitur Magister Novitiorum, aut Prior Clausuralis sub Abbate Regulari sine dispensatione Pontificis; quia hæc mera sunt Officia Clausuralia, non Prælativa, seu Dignitates; quarum dumtaxat, non simplicium Officiorum gerendorum incapaces sunt illegitimi, ut constat ex c. Ut filii, supra laudato. Prior namque Clausuralis curam Monasterii, & Monachorum ita gerit sub Abbate, ut ipse Abbat subdit, ab eoque possit ad nutum amoveri; unde non est Monasterii Caput, & Prælati, sed Abbatis Regularis, qui Monasterio præest, vires gerens, nec aliam auctoritatem habens, quam quæ ipsi ab Abbate denandatur: sicut illi, quos vocamus Superiores in Prioribus Conventualibus; five Canonibus, quæ ab Abbate Regulari immediate non reguntur. Verum illegitimi non possunt eligi, vel institui Priores Conventuales, seu Majores, sine dispensatione Summi Pontificis. Hi enim Priores sunt Prælati, & cum Priores Conventuales sint Pastores, & capita suorum Monasteriorum.

Filii Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt Matrimonio, in Ecclesiis ubi eorum patres Beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quocumque etiam dimissile, Beneficium obtinere, nec in aliis Ecclesiis quocumque modo ministrare, nec Pensiones super fructibus Beneficiorum, quæ parentis eorum obtinent, vel alius obtinuerunt, habere possunt. Ita statuit Synodus Tridentina sess. 25. c. 5. De Reformat. Et Clemens VII. in Constitutione, quæ incipit, Ad Canonem conditorum, statuit, ut deinceps filii Presbyterorum ex fornicatione nati quocumque Beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularis, & quorumvis Ordinum

dium Regularia, quæ illorum patres Presbyteri, & Clerici, vel Religiosi, in Titulum, vel Commendam, seu Administrationem ad tempus vel in perpetuum aliquando obtinuerant, nullo unquam tempore quoquo modo obtinere possint, non obstante, quod Alexander III. decreverit filios Sacerdotum posse succedere in Beneficiis parentum, media interveniente persona. (Extra De filiis Presbyterorum, c. 2. 3. 4. 5. 7.) Quamquam nec filius legitimus possit immediate succedere in Beneficio patris, nisi cum eo per Apostolicam Sedem fuerit dispensatum, ut constat, ex cap. Constitutus, ex cap. Ex tua, & cap. Ex transmissa, Extra, De filiis Presbyterorum.

ARTICULUS V.

De Impedimento ex vitio, seu defectibus corporis.

Ab Ordine susceptione, & executione Ecclesiasticis Legibus arcetur homines mutilati, enuchi, inligniter deformes, seu aliquo vitio corporis, aut morbo laborantes, qui horrorem, aut contempnum personæ ingeneret, & prohibeat, ne Sacra Ministeria cum debita dignitate, & reverentia exercentur. Id constat ex can. Prestiti, qui est Gelasii Epist. 1. ad Episcopos Lucaniæ, can. Penitentia, qui est Hilarii Papæ in Conc. Romano; can. Si quis, ex Canonibus Apostolorum 22. & 23. quibus a Clero excluduntur, qui se ipsos abdicaverunt: quod confirmat can. Hi qui, ex Conc. Arelatensi 2. can. 2. & can. Si quis ex Concilio Nicæno. Possunt tamen ad Ordines promoveri, qui a Medicis, a Barbis, aut quovis modo per hominum iudicia enuchi facti sunt, ut tales nati sunt; ut constat eodem Canone. & ex can. Eusebii. Item cap. Ex parte, 1. & 2. Ext. De corpore vitiatum ordinandis, vel non. Ob eandem rationem arcetur, qui partem digiti sibi volens abscidit, non qui causa, can. Qui partem, ex Innoc. I. Epist. ad Felicem Nucerinam Episcopum, & can. Lator. Illi, cui oculus erutus est, non possunt secundum Canones Sacerdotii jura concedi, ex Gelasio I. can. Si Evangelium. Hos Canones legere est 1. P. Decretorum, dist. 55. Presbyter, qui digiti partem amittit, etiam sua culpa, & in duello, dispensari potest ab Episcopo suo, ut in Ordine suo ministrare, si non prædicare tantum de digito, quin sine scandalo possit solemniter celebrare. Ita statuit Alexander III. c. De Presbytero, Extra, De corpore vitiatum. Qui factus est enuchus in canabulis, ad Ordines promovendi potest, ut declarat Clemens III. c. Ex parte, primo, ibidem. Qui consilio Medici ad avertendum morbi periculum factus est, Sacerdotale Ministerium, ut prius, potest exequi, ut respondet Innoc. III. c. Ex parte, secundo; ibidem. Mutilatus manu ad Sacros Ordines non potest promoveri (c. Expositio, ibidem). Carens ungula pollicis, si ad frangendam Eucharistiam sit in pollice ipso potens, ad Sacerdotium potest promoveri, ut respondet Honorius III. c. Thomas ibidem. Presbyter cui medietas palmarum cum duobus digitis est abscissis, irregularis est, quod Missæ Celebrationem, quia nec secure propter deformitatem membri hoc fieri potest; ceteris autem Officiis Sacerdotalibus sanguine prohibetur, cap. Presbyterum, Ext. De Clerico

agrotante, ubi debilitatus. Quæ Regula ad iudicandum Irregularitatem ex vitio, aut defectu corporis provenientem adhibenda est. Hujus autem rei examen, atque iudicium pertinet ad Episcopos, ut respondit Alexander III. de eo, qui maculam in oculo habebat, c. Cum de tua, Ext. De corpore vitiatum. Leprosi ab Ordine susceptione, & executione arcantur; cap. De Rescriptoribus, & cap. Tu nos, Ext. De Clerico agrotante, vel debilitato.

Epileptico, vel caduco morbo laborante, si frequenter in terram eliditur, in Sacris Ordinibus arandi sunt: si vero hæc infirmitas accidit Sacerdoti, prohibendum est a celebratione Missæ, nec Sacrum Ministerium ebit permittendum, nisi enim integer ab ultimo epileptici morbi symptomate elidatur; ut habetur can. Communiter, dist. 33. & can. In tuis, causa 7. qu. 2. ex Alexandri II. Rescripto ad Vivarentem Episcopum. Si autem alicui hæc intentas fuerit de epileptico casu, negetque se hunc morbo esse obnoxium, diligenter inquirendum est: Si aliquando vel in domo, vel in Processione, vel in aliquo quocumque locobatur repente collapsus; necesse deesse consensus, spumas ore jactasse. Re autem dubia manente, triginta dierum spatium explorandum est Clericus, qui eo morbo affectus dicebatur; quo tempore elapso intervallo, qui eo morbo affectus fuit ipsi Ordinum functiones, ipsaque Missæ celebratio, si eo morbo affectum fuisse minime probetur. Sic respondet Gelasius Papa, can. Nuper, causa 7. qu. 2.

De his impedimentis respondit S. Th. in 4. Sentent. dist. 25. q. 3. art. 2. q. 3. Aliquis efficitur ineptus ad susceptionem Ordinis, vel propter impedimentum actus, vel propter impedimentum claritatis persona: & ideo patientes defectum in membri impedimentum a susceptione Ordinis, si sit talis defectus, qui maculam notabilem inferat, per quam obsecratur persona claritas (ut abscisso nasi) vel periculum in executione sacre potest, alius non impeditur: Hæc autem integritas exigitur de necessitate Præcepti, sed non de necessitate Sacramenti.

Natal. Alex. Theol. Tom. I.

ARTICULUS VI.

De Impedimento ex defectu Baptismi, Confirmationis, vel inferiorum Ordinum.

Impedimentum ex defectu Baptismi divino jure institutum est: unde si quis non baptizatus ordinetur, ejus Ordinatio irrita est, & baptizatus primum, deinde iterum ordinari debet, ut habetur cap. Si quis, ex Conc. Compendiensi can. 15. & cap. Vivens, quod est Innoc. III. Ext. De Presbytero non baptizato. Rationem avertit S. Th. in 4. Sentent. dist. 24. q. 1. art. 2. qu. 3. Nihil inquit potest aliquid recipere, cuius recipientem potentiam non habet: per characterem autem baptismalem efficitur homo recipientis aliorum Sacramentorum: unde qui characterem baptismalem non habet, nullum alterum Sacramentum suscipere potest: & sic character Ordinis baptismalem characterem præsupponit.

II. Impedimentum ex defectu Confirmationis Ecclesiastico dumtaxat Jure institutum est. Statuit enim Trident. Concil. sess. 23. cap. 4. De Reformatione, ut prima Tonfura nemo initiatur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperit. Quæ lex est nulla foret, confectudo tamen generalis vim legis habet; quam in istis, quæ gravioris momenti sunt, & Sacramentorum institutioni consentanea, violare vix sine peccato mortali ullus potest. Quomodo lethalis peccati reum exfirmarent eum, qui vel ex incuria, aut ignorantia culpabilis, vel sciens volens, Sacramento Confirmationis omisso, Tonfuram Clericalem, aut Ordines susceperet. Unde Cornelius Summus Pontifex in Epist. ad Fabium Antiochenum apud Eusebium Lib. 6. Historia Ecclesiastica, cap. 43. de Novatiano, qui Presbyter factus est, Sacramento Confirmationis non suscepto, ita lazaribus scribit: Sed neque postquam liberatus est morbo, reliquis persequitur, quæ iuxta Ecclesiasticam Regulam percipi debent, neque ab Episcopo consignatus est. Hoc autem Signaculum minime præcepto, quo tandem modo Spiritus Sanctum potius accipere? Accedit ratio ex ipso Sacramentorum ordine, & effectibus petita. Sacri siquidem Ordines, & Clericalis status perfectos tantum Christianos admittunt: nemo vero sine Sacramento Confirmationis perfectus censetur Christianus; unde Sanctus Ambrosius Lib. 3. De Sacramentis cap. 2. docet, Post tonsum superesse, ut perficillo fiat: & hanc Perfectionem atatem spiritus sancti vocat Sanctus Thomas. Præterea, ita se habent tria hæc Sacramenta, Baptismus, Confirmatio, Ordo ad spirituales vitam, quemadmodum ad corporalem nativitas, augmentum, & generatio: nam in vitæ spiritualis lucem Baptismus nos emittit, Confirmatio spirituale robur, & gratia augmentum præstat, quocumque perfectos facit: Ordo spirituales nos Patres efficit: quemadmodum ergo conveniunt naturalium rerum ordini prius oportet unumquemque nasci, deinde augeri, & roborari, antequam speciei propagande per generationem detopetam: ita necessarium est, ut prius Baptismo renscatum, convenientissimum vero, ut per Confirmationem roboretur, priusquam per Ordinationem spirituales Patres efficiamur. Valida tamen, & rata esset Ordinatio hominis non Confirmati, ut docet S. Thomas in 4. Sentent. dist. 24. q. 1. art. 2. qu. 2. Character Baptismi (inquit) præsupponitur de necessitate Sacramenti, ita quod sine eo Sacramentum Ordinis conferri non potest: sed de congruitate requiritur omnis perfectio, per quam aliquis reddatur idoneus ad executionem Ordinis; & unum de istis est, ut sit Confirmatus: & ideo de congruitate characterem Confirmationis præsupponit, & non de necessitate.

III. Impedimentum ex Ordine inferiorum defectu Jure pariter Ecclesiastico institutum est, prohibente, ne quis iis prætermittis ad Superiorem Ordinem promoveatur: Nam (ut docet S. Thomas loco mox indicato, qu. 5.) Non est de idoneitate Superiorum Ordinum, quod aliquis Minoris Ordines prius habeat, quia potestates sunt distinctæ, & una quantum est ad susceptionem, non requiritur aliam in eodem subiecto: & ideo etiam in primitiva Ecclesia aliqui ordinabantur in Presbyteros, qui prius inferiores Ordines non susceperant; & tamen poterant omnia, quæ inferiores Ordines possunt, quia inferior potestas comprehenditur in superiori virtute, sicut sensus in intellectu, & Ducatus in Regno. Sed postea per Constitutionem Ecclesiæ determinatum est, quod ad Majores se non ingerat, qui prius in Minoribus Officiis non humilitavit. Exinde est, quod, qui ordinantur per saltum, secundum Canonem non reordinantur, sed in quod omisum fuerat deprecandis Ordinibus, eis conferuntur. Ita statuit Alexander II. de quodam, qui Subdiaconatus Ordine postposito, ad Diaconatus, & Presbyteratus Ordines ascenderat: Mandatum (inquit) ut ab Officio Sacerdotali eum prohibeat, donec proximo Quatuor Temporum Jesuio Subdiaconatus Ministerium eirita imponas, & sic deinceps ad Majora eum Officia redire concedas. Refertur can. Sollicitudo, dist. 52. Et. Innoc. III. c. Tria littera, Ext. De Clerico per saltum promotus, de quodam, qui Ordine Diaconatus prætermisso Presbyter ordinatus fuerat; mandat Episcopo Bononiensi, ut ei Diaconatus Ordinem conferat, ac misericorditer in Ordine Sacerdotali potest ministrare concedat.

De Irregularitatibus.

De Irregularitatibus.

De Irregularitatibus.

De Irregularitatibus.

De Irregularitatibus.

De Irregularitatibus.

ARTICULUS VII.

De Impedimento Bigamiae.

I. Bigami ab Ordinibus arcentur Ecclesiastico Jure ab Apostolis ipsis instituto. At enim Apostolus I. Tim. 3. & Tit. 1. Episcopum esse oportere Unius uxoris virum. Id confirmat S. Hier. in Epist. ad Titum, Inoc. 1. in Epist. ad Victorium Rothomagensis Episcopum, S. Aug. Lib. De Bono Conjugali, cap. 18. S. Leo Epist. l. alias 87. can. Matrimonium dist. 32. & can. Curandum, dist. 34. & S. Greg. Lib. 2. Epistoliarum, Ind. 10. Epist. 29. ad Episcopum Squillitanum, ex quo referat in Decretis, dist. 34. can. Praecipuum. Rationem Ecclesiasticæ legis exponit S. Thom. in 4. Sentent. dist. 27. q. 3. art. 1. quæst. 1. ex defectu significationis perfectæ Nuptiarum Christi cum Ecclesia in Bigamorum Matrimonio petita. Aliquis (inquit) per Sacramentum Ordinis Minister Sacramentorum constituitur, & ille, qui aliis Sacramenta ministrare debet, nullum in Sacramentis defectum pati debet. Defectus autem in Sacramento est, quando Sacramenti significatio integra non invenitur: Sacramentum autem Matrimonii significatio conjunctio Christi ad Ecclesiam, quæ est unius ad unum: & ideo requiritur ad perfectam significationem Sacramenti, ut vir sit tantum unius vir, & uxor tantum unius uxor: & ideo Bigamia, quæ hoc tollit, Irregularitatem inducit. Hanc rationem pressit tradidit B. Petrus Damiani, Libro, qui inscribitur, Dominus nobiscum, c. 11. Sicut (inquit) Christus, qui est Pontifex sanctorum bonorum, & verus Sacerdos, vir est unius uxoris, Sicut et Ecclesia, quæ præcipuum dicitur virgo est, quia fidei integritatem inviolabiliter servat; ita quilibet Sacerdos unius uxoris vir esse præcipitur, ut illius Summi Sacerdotis prætere imaginem videatur.

Allam rationem adjungit Angelicus Doctor: In illis (inquit) qui accipiunt Sacramentum Ordinis, maxima spiritualitas debet apparere; tum quia spiritualia ministrant, scilicet Sacramenta, tum quia spiritualia docent, & in spiritualibus occupari debent: unde cum concupiscentia, per quam totus homo caro efficitur, maxime spiritualitati repugnet, non debet aliquod signum concupiscentiae permanentis in eis apparere: quod quidem in bigamis apparet, qui una uxore contenti esse volunt.

Triplex autem distinguitur Bigamia, scilicet vera, interpretativa, & similitudinaria. Vera bigamia est matrimonium cum duabus uxoris successively contractum, & consummatum, sive ante, sive post Baptismum qui illud contraxerit, & consummaverit. Hos Bigamos ab Ordinum susceptione, & executione arceri constat ex cap. Super eo, Extr. De Bigamis non ordinandis.

Bigamia interpretativa est, qui Juris interpretatione quispian habetur ut Bigamus, tamen non sit vere Bigamus; quippe qui multas quidem uxores, sed non veras habuerit, v. g. qui duo Matrimonia cum impedimento dirimentem contraxit, vel saltem alterum. Hi pariter ab Ordinum susceptione, & executione excluduntur, cap. Super eo, quod Inocentius III. Responsum est. Extr. De Bigamis non ordinandis. Nos autem (inquit) in hac Quaestione taliter respondemus: Quod cum hujusmodi Clerici, qui quantum in ipsis fuit, secundas mulieres sibi matrimonialiter conjunxerunt, tanquam cum Bigamis non licet dispensari, licet in veritate Bigami non existant: non propter defectum Sacramenti, sed propter affectum intentionis, cum opere subservato.

Interpretativa Bigamis est & ille, qui unicam quidem uxorem duxit, sed Viduam, aut ab altero corruptam, ideoque vere est Irregularis, ut constat ex Can. Curandum, dist. 34. & ex cap. De Bigamis, quod est Calestini III. Extra De Bigamis non ordinandis. Et quamvis homo credit, uxorem, quam ducit, virginem esse, quam in ipso congressu deprehendit corruptam ante Matrimonium fuisse, sit nihilominus Irregularis, ut docet S. Thomas, in 4. Sent. dist. 27. q. 3. art. 1. Quæstio. 3. ad tertium: Irregularitas (inquit) non est pena infligenda, sed defectus quidam Sacramenti: & ideo non oportet, quod semper sit voluntaria Bigamia ad hoc, quod Irregularitatem causet: & ideo ille, qui uxorem ducit corruptam, quam virginem credit, Irregularis est eam cognoscens. Si tamen duxerit prius a fedelitatam, non fit Irregularis, Quia carnem suam non divisit in plures; (inquit S. Thomas ibidem ad secundum.)

Ille denique interpretativa Bigamis est, eoque nomine ab Ordinibus, & Sacris Ministeriis arcentur, qui uxorem adulterio pollutam cognoscit, etiam si Judicis Sententia aut officio conscientia debitum ei reddere compellatur, illa ante exigente, quam admittere dimittat, ut docet S. Thomas, qui in Responsione ad quartum: & colligitur ex Can. Sicutus, qui in Concilio Neocaesariensis octavus est, & ex Can. Si laici, qui est Martini Doctoris, apud Gratianum, dist. 34. qui vero virginem duxit, sed alteri desponsatam, Bigamus non censetur, quia Bigamia non contrahitur, nisi carnalis copula inter conjuges præcesserit, ut respondet Innoc. III. ap. Debitum, Extra De Bigamis non ordinandis, cujus hæc sunt verba: Conjugium illud, quod non est commixtionem corporum consummatum, non pertinet ad illam conjun-

De Irregularitatibus

Bigamia quomplex

Legatur Ep. in Inoc. III. Lib. 2. Ed. Baluzii

De Irregularitatibus

giam designandum, quod inter Christum, & Ecclesiam per Incarnationis Mysteriorum est contractum. Cum ergo propter Sacramenti defectum prohibetur sit, ne Bigamus, aut maritus vidua præsumat ad Sacros Ordines promoveri: quoniam nec illa est unica unicus, nec iste unus unicus; profecto ubi defectus inter hujusmodi conjugis commixtionem corporum, non desit hujusmodi signaculum Sacramenti. Unde is, qui mulierem ad alio viro duxit, sed minime cognitam, duxit uxorem: quia nec illa, nec ipse carnem suam divisit in plures, propter hoc impediri non debet, quin possit ad Sacros Ordines promoveri.

Bigamia similitudinaria est matrimonium attentatum, & consummatum, etiam cum virgine, ab eo, qui voto sollemnium castitatis obstrictus est, sive Sacris Ordinibus annexo, sive Religiosa Professione nuncupato; quia per hujusmodi Matrimonium carnale, quod contrahit, violatur spirituale, quod præcessit: quod Bigamie genus inferit etiam Irregularitatem, ut constat ex Can. Quæstio. 3. art. 1. quæst. 1. ex c. Nuper, Extr. De Bigamis non ordinandis, & ex cap. A nobis, ibidem, quod est Innocentius III. Responsum: Ille autem, inquit, qui in Subdiaconatus Ordine constituitur, de facto tantum (quia de Jure non potuit) duxit viduam in uxorem, profecto Bigamus non existit: sed nec vidua potest in veritate dici maritus; cum inter ipsum, & illam non fuerit vinculum maritalis contractus; cum eo tamen contra doctrinam Apostoli, tanquam cum marito vidua dispensare non licet, non propter Sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subservato. Quia nimirum ducitur ad duplex Matrimonium carnali copula probat, ac de facto Matrimonium contrahere attemptat, quamvis nullam, & irritum fit ipse Jure propter impedimentum voti. Si autem Clericus de facto Matrimonium non contrahat, sed tamen unam, vel plures concubinas habeat, non est cum ipso agendum, eam cum Bigamo, sed cum simplicis fornicationis reo, seu concubinario: ut declarat Innoc. III. cap. Quæstio. 3. art. 1. Extr. De Bigamis non ordinandis.

III. An Bigamie irregularitas ex nuptiis ante Baptismum contractis oriatur, olim dubitatum est. Ecclesia Græca eum, qui ante Baptismum plures uxores duxerit, irregularitatem ex Bigamia non contraxisse censuit, ut constat ex Can. 16. sub Apostolorum nomine edito, & ex Commentariis Balsamonis, & Zonaræ. Eadem fuit S. Hieronymi Sententia in Epistolam ad Titum, & Epist. 83. ad Oceanum dicens: Si Baptismus novum hominem facit, & ex toto novum erant, nihilque in eo veteris hominis reseruat, non potest novo impurari, quod in veteri quondam fuit: Contra, Inoc. 1. in Epist. ad Victorium Rothomagensis, cap. 6. Bigamiam etiam ante Baptismum contractam inducere Irregularitatem censet. Si, inquit, ab aliquibus existimetur, ante Baptismum si forte quis accepit uxorem, & ea de faculo recedens alteram duxerit, in Baptismo ipse dimittitur, satis errat: a Regula: quia in Baptismo peccata remittuntur, non acceptatum uxorum numerus oboletur.

Eandem Sententiam amplectitur S. Aug. Lib. De Bono Conjugali, cap. 18. Propterea, inquit, Sacramentum Nuptiarum temporis nostri fit ad unum maritum, & unam uxorem redactum est, ut Dispensatorem Ecclesia non licet ordinari nisi unius uxoris virum. Quod autem intellexerit, qui nec eum, qui Catechizatus, vel Paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. De Sacramento enim agitur, non de peccato. Nam in Baptismo peccata omnia dimittuntur: sed qui dicit, Si accipere uxorem non peccasti, & si nuptiis non peccavit, & quod vult faciat, non peccat: si nuptiis, satis declaravit, nuptias nullam esse peccatum. Propter Sacramenti autem sanctitatem, sicut facinus, etiam si Catechizatus fuerit vidua, non potest post Baptismum inter Dei Virgines consecrari: ita non absurde visum est eum, qui excessit uxorem numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quamdam Sacramenti: amisisse, non ad vita bona meritum, sed ad Ordinationis Ecclesiasticæ signaculum necessarium. In hoc autem positum esse ait hanc, de qua loquitur, Sacramenti normam, quod sicut plures uxores antiquorum Patrium significaverunt facturas nostras ex omnibus gentibus Ecclesiam unius viri subditas: Christo & ita nossemus unius uxoris viri significat ex omnibus gentibus unam unius subditam Christum.

IV. Cum Bigamo dispensare potest Summus Pontifex non solum ut ad Minores, sed ut Sacros Ordines promovetur, ut colligitur ex Can. Læti, dist. 24. & ex Glossa illius Canonis, quæ Lucium Papam cum Panormitano Episcopo qui erat Bigamus, dispensasse testatur. Id confirmat S. Thomas in 4. Sentent. dist. 27. q. 3. art. 3. Bigamia, inquit, non est adjuncta Irregularitas de Jure naturali, sed de Jure positivo: nec verum est de essentialibus Ordinibus, quod aliquis non sit Bigamus: quod patet ex hoc, quod si aliquis Bigamus ad Ordines accedat, Characterem percipit, & ideo Papa potest dispensare in tali Irregularitate totaliter. At (inquit) de his, quæ in Scriptura Sacra jubentur, aut prohibentur, nemo homo potest dispensare: in Scriptura autem Sacra habetur, Episcopum esse oportere Unius uxoris virum.

Episcopi dispensare cum Bigamis non possunt.

De Irregularitatibus

Cum Bigamis dispensare solus summus Pontifex potest.

Re.

Respondet S. Thomas, Non posse dispensari Quantum ad ea, quæ sunt de Jure naturali, & quantum ad ea, quæ sunt de necessitate Sacramentorum, & Fidei: sed in aliis, quæ sunt de Institutione Apostolorum, cum Ecclesia habeat nunc eandem potestatem statuendi, & destruendi, quantum habuit, potest per eum, qui Primum in Ecclesia tenet, dispensari.

Et Quodlibet 4. q. 8. art. 51. ad secundum: Apostolus inquit, dupliciter in doctrina sua aliqua proposuit: quædam quidem sicut propriam auctoritatem, sicut illud, quod habetur ad Gal. 5. Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit, & multa alia hujusmodi: & in hoc Papa potest dispensare: quædam vero sicut propria auctoritate aliqua statuens: nam ipse dicit 1. ad Cor. 11. Cetera cum venero disponam: & infra cap. 16. mandat, Ut Collezat, quæ sunt in Sanctos, per unam Sabbati fiant; quod non pertinet ad jus divinum: & similiter etiam, quod dicitur de Bigamo non promovendo, non est Jure Divini, sed institutio auctoritatis humana divinitus homini concessa. In corpore vero Articuli præmissæ, Summum Pontificem habere plenitudinem Potestatis in Ecclesia, ita ut Quæcumque sunt instituta per Ecclesiam, vel Ecclesia Prælatos, sint dispensabilia a Papa: hæc enim dicitur esse Jure Divini, vel Jure positivo: circa ea vero, quæ sunt Jure Divini, vel Jure naturalis, dispensare non potest; quia in his habent efficaciam ex institutione divina. Quomobrem in solis his, quæ sunt de Jure Naturæ, & in Articulis Fidei, & Sacramenti Nova Legis, dispensare non potest: hoc enim non esset posse pro veritate, sed contra veritatem. Manifestum est autem, quod Bigamiam non promovet, neque est de Jure Naturæ, neque pertinet ad Articulus Fidei, neque est de necessitate Sacramenti (quod patet ex hoc, quod si Bigamus ordinatur, recipit Ordinis Sacramentum.) Sed hoc pertinet ad quamdam determinationem divini cultus: Unde circa hoc potest Papa dispensare, licet dispensare non debeat nisi ex magna, & evidenti causa.

Quod autem Lucius III. c. Super eo, Extra. De Bigamis non ordinandis, ait: In Bigamis contra Apostolum dispensare non licet, ut debeant ad Sacros Ordines promoveri, vel in eis, si promoti fuerint, remanere, significat solum dispensationis illius Potestatem Episcopo non esse conceditam, sed Romano Pontifici reservatam. Unde si quis Episcopus Bigamus ordinaverit, a collatione Ordinum suspendi potest: Ordinatorem eorum potest, & officio ordinandi: & Ordinandi, si ad Sacros Ordines fuerint promoti, sit sunt privandi, & c. in Ordinatione autem potest dispensatio adhiberi, ut ordinandi Potestatis, & Officio non privetur.

V. Dispensare poterant olim Episcopi cum Bigamis, ut ad Minores Ordines promovetur, ut constat ex cap. Super eo, mox citato, idque factum receptum erat tempore S. Thomæ: verum mox ille abrogatus est, neque dispensare nunc possunt Episcopi cum Bigamis, ut vel Tonfara Clericali institutionis, & Beneficia possident, ut colligitur ex Concilio Lugdunensis 21. Can. 16. cujus hæc sunt verba: Bigamos omnino Privilegio Clericali declaramus esse natos, & correctionis fori secularis addictos, consuetudine contraria non obstante. Ipsi quoque sub Anathemate prohibemus de ferre Tonfuram, vel Habitum Clericalem. Item colligitur ex Conc. Trid. sess. 23. c. 17. De Reformatione: Quis si, inquit, Ministerii quatuor Minorum Ordinum exercens Clerici calibus prælo non erunt, suffici possunt etiam conjugati vita probata, dummodo non Bigami, ad ea Minia obeunda idonei, & qui Tonfuram, & Habitum Clericalem in Ecclesia gerent, Bigamos itaque ad Minores Ordines Episcoporum dispensatione promoveri non posse. Constat, utique, aliqui functiones eorum, ac ministeria Bigamis permittunt, ubi Monogami prælo non fuissent. Denique cum quidam Episcopus cum sibi subdito vero Bigamo dispense super Bigamia, eique Primum Tonfuram, & Beneficium simplex concessisset, contra Sententiam Sacre Congregationis Concilii Trid. Interpretis, qui declaravit Episcopo hanc facultatem non competere, quamvis Congregatio niteretur cum excusaret, cum qua pena Suspensionis a Jure imposta non videtur lata sententia, sed ferenda: tum quia super hoc articulo inter primarios Doctores maxime diffidit: tamen Sixtus V. in Constitutio respondit, Significandum Episcopo ipsum esse suspensum a collatione Ordinum: item promotum incidisse in penas, juxta Declarationem Congregationis: licet adscriptis, se benigne alium cum utroque, alii abolitionem, & Dispensationem petierunt. Refert Egnanum in l. Libri 1. Decretalium, in c. Quoniam, tit. De Constit. n. 32.

VI. In certa tamen quodam bigamie similitudine specie dispensare potest Episcopus Clericus scilicet, qui in Sacris Ordinibus constituitur Nuptias contraxit, post longam Penitentiam officio suo restitute potest, eisque Sacrorum Ordinum executionem indulgere, ut respondet Alexander III. c. Sane, Extr. De Clericis conjugatis.

ARTICULUS VIII.

De Impedimento Criminosi.

HOC impedimentum ab ipsis Apostolis constitutum est; oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem (inquit S. Paulus in Epist. ad Titum.) Oportet Episcopum. Alex. Theol. Tom. I.

scilicet irreprehensibilem esse (inquit idem Apostolus scribens ad Timotheum.) Et de Diaconis loquens: Hi probentur primum, inquit, & sic ministrant, nullum crimen habentes. Non eo tantum tempore, quo ordinandus est, sine illo crimine sit, & præteritas maculas nova conversatione diluerit (ait S. Hieron. in Commentario) Sed ex eo tempore, quo in Christo renatus est, nulla peccati conscientia mordetur. Penitentia publica, & reconciliatio criminis irregularitatem non tollent. Unde Synodus Carthagenensis quarta Can. 64. decrevit, Ex penitentibus, quantumvis sit bonus, Clericus non ordinetur. Et Siricus Papa Epist. l. c. 14. publicos penitentes etiam post Penitentiam, & reconciliationem arceat ab honore Clericatus: quia Quamvis sit ab omnium peccatorum contagione mundatus, nulla tamen debent generorum Sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum. Nunc juxta receptam Disciplinam.

I. Delicta publica, ex quibus infamia consequitur, Ordinum susceptionem, & executionem impediunt, præsertim Hæresis; adeo ut non Hæretici solummodo, sed & eorum filii sint Irregulares, ut colligitur ex cap. Statutum, Tit. De Hæreticis, in Sexto. Quæ tamen Irregularitas locum non habet, ubi contraria viget consuetudo. Secundo, ratione delicti sunt Irregulares, quicquid sacrum Baptisma iterarunt, aut hujusmodi iterationi ministerium impenderunt, ut constat ex cap. Ex litterarum, Extra. De Apostatis, & Reritibus Baptisma. Tertio, Irregulares sunt, quicumque ad suscipiendos Ordines non approbati, nec vocati obrepserunt, ut constat ex cap. Veniens, ad nos, Extr. De Excessibus Prælatorum. Item qui majorem Excommunicationem, vel alia Censura ligati Ordines suscipiunt, vel illorum obtinent Ministeria, ut constat ex cap. Clericum, cap. Læti, cap. Illud, & cap. Fraternalitatis, Extr. De Clerico excommunicato, & deo, vel interdicti ministrante, & ex cap. Conillorum, Extr. De Sententia Exco. Item qui obtinent Ministeria Ordinum, quos minime susceperunt, ut constat ex c. Siquis, Extr. De Clerico non ordinato ministrante.

II. Præcipuum delictum Ordinum susceptionem, & executionem impediens, est homicidium, vel mutilatio illicita. Quomobrem Irregulares sunt, quicumque facta, vel precepto, vel consilio, vel iure, & adhortatione, auxilio, vel defensione ad necem hominis, vel membrorum mutilationem concurrunt, ut constat ex can. Clericum, & can. Miror, dist. quinquagesima, quorum primus Nicolaus I. alter Joannes VIII. verbis conceptus est, & ex cap. Suscepimus, necnon ex cap. De cetero, Extr. De Homicidio voluntario, vel casuali, quæ sunt Alexandri III. alius Calestini III.

Ex fortuito etiam homicidio contrahitur Irregularitas, cum aliquis dans operam rei illicitæ hominem fortuito interfecit, vel membro aliquo mutilavit, ut constat ex cap. Coniuratur, Extr. De Homicidio voluntario, vel casuali. Sic Clericus, qui inter venandum telum vibravit in feram, & hominem interfecit, est Irregularis, tamen omnem adhibuerit diligentiam; quippe qui hominem interfecit, operam dando rei illicitæ, id est, venationi Clericis interdicitur. Propter eandem rationem Clericus excecans Chirurgum Irregularis est, si ex illius operatione, vel indirecte mors egroti sequatur, quamvis sit peritus artis, & quam debuit diligentiam adhibuerit. Ita respondet Innoc. III. c. Tuas, Extr. De Homicidio, de quodam Manacho Sacerdote, qui mulierem a tumore gutturis curare volens, tumore ipsum ferro aperuerat, monens ipsam, ne se vento exponeret; quod consilium cum illa neglexisset, aperto gutture, sanguiniquæ copia effluente mortua est. Licet (inquit) ipse Monachus multum deliquerit alienum officium usurpando, quod sibi minime congruebat: si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egert, & peritus erat in exercitio Chirurgie, & omni tempore studuit, quam debuit, diligentiam adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium eius accidit, & ad reprobandum, quod non possit assiduationem condignam cum eo misericorditer agi posse, ut Divinus valent celebrare: aliqui interdicenda est ei Sacerdotalis Ordinis executione de rigore. Chirurgum porro autem exercere Subdiaconum, Diaconum, & Sacerdotibus vetat Innoc. III. cap. Senexenarium, Extr. Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant. Propter eandem rationem, qui alterum verberavit animo non occidendi, tamen vere mortuus est, etiam si Medicorum, vel infirmi incuria, aut ex morbo occasione vulneris emergente, est Irregularis, quia dabit operam rei illicitæ, ex qua mors est secuta. Irregularis est, qui rixam iniquam cum altero habuit, & amici ejus forte advenientes occiderunt illum ejus inuutu, quamvis preter ejus voluntatem, qui rei illicitæ dabit operam.

III. Ex fortuito homicidio, vel mutilatione Irregularitas ex fortuito tenem pariter contrahunt, qui defectu debite diligentie homicidium minime interficiunt, vel membro aliquo mutilant, quamvis Irregularitatem licite operam darent. Id colligitur ex Can. Hi qui arboribus, qui Nicolaus Papa tribuitur, dist. quinquagesima: Hi, qui debite qui arborum incidere videntur, si contigerit, ne cadens arbor diligenter occiderit hominem, inculpabiles sunt, atque innocenti: quia nec de cunctatione, nec de defectu homicidium perpetratum est. Si vero aliqua culpa eorum vel neglectu, morientis hominis interfici-

De Irregularitatibus

Irregularitas ex homicidio

Dans operam rei illicitæ irregularitatem contrahit, ex homicidio fortuito

Artem Chirurgicam exercere, sacerdotibus ministris vitium.

Ex fortuito tenem pariter contrahunt, qui defectu debite diligentie homicidium minime interficiunt, vel membro aliquo mutilant, quamvis Irregularitatem licite operam darent.

non cognoscitur advenisse, obiciendi sunt a Gradu, & in Saero Ordine nullatenus suscipiendi.

Item ex Can. Saep. qui est Concilii Vvomaticensis 29. Saep. contingit, dum quis operi necessario insistent, arborem incidit, ut aliquis subitus ipsam sententiam deprimat. Et idcirco, si voluntate, vel negligentia incidit arborem factum est, ut homicida Penitentia debet omnino submitti. Quod si non vult, non incurrit illius, non denique scientia contigit, sed dum ille operi necessario fortassis incumbit, iste insperatus occurrat sub arbore improvisus decernit, & sub ipsa oppressus est, incisor arboris non tenetur pro homicida.

Idem confirmatur ex cap. Presbyterum, Extra, De Homicidio, quo Alexander III. ab Altaris Ministerio, & ab omni Officio Sacerdotali perpetuo removendum esse respondit Presbyterum, qui puerum in manu disciplina percussit in capite, si ex ipsa percussione interitus, vel aliam infirmitatem incurrit, de qua quisdum expirasse. Ob eandem rationem Presbyter, qui homicidam a familia sua corrigere volens, cingulo verberavit, & gladio e vagina eidem cingulo appensa casu elapso, eum in dorso aliquantulum vulneravit, Irregularis censetur, etsi homo convalescit ex vulnere, & alia gravi infirmitate correptus obierit: dabitur enim est, utrum ex vulnere secutus sit gravior illa, & lethalis agtudo: illum vero Presbyterum debent diligentem non adhibuisse, certum est. At in dubio utrum aliquis sit Irregularis, abstinere debet a Sacris Ministeriis, ut respondet Clementis III. cap. Ad audientiam, Extra. De Homicidio, cujus haec sunt verba: Cum in dubio semitam debeat eligere virorem, nos convenit injungere Presbytero memorato, ut in Sacris Ordinibus non ministeret: injuncta tamen Penitentia congruente sibi, potest concedere, ut Minoribus Ordinibus sit contentus. Similis est casus Capituli, Significasti, Extra, De Homicidio. Quidam Maleficus ingressus Ecclesiam, Sacram Eucharistiam cum Altarium ornamentis, & Libris Ecclesiasticis edulcerat. Presbyter Ecclesiae sacrilegum furem solloquio arrepto percussit: Parochiani arrepti gladiis, & subitus protinus occiderunt. Innoc. III. rogatus respondet: Si discerni non possit, ex cuius ictu percussus interit, in hoc dubio tanquam homicida debet haberi Sacerdos: & si forte homicida non sit, a Sacerdotali Officio abstinere debet, cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temere celebrare: pro eo quod in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum simetur. Idem confirmatur ex c. Pater ibidem.

Tandem, qui aggressorem repellendo homicidium committit, Irregularis pariter est, nisi moderamen inculpatae tutelae tenuerit, id est, nisi ad se redacta fuerit angustia, ut mortem sibi ab aggressore probabiliter imminentem aliter evadere non possit. Ita respondet Innoc. III. Extra. De Homicidio, cap. Significasti, mox citato: Si vero (inquit) Sacerdos ipse prius ab illa percussus sacrilego, mox eum cum ligno in capite reperens, quomodo non ut repellere omnes Leges, & omnia Jura permittat: quia tamen id debet fieri cum moderamina inculpatae tutelae, non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam: non videtur idem Sacerdos a peccato homicidii peccatis excusari: cum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod cum gravare sit, non solet levem plagam inferre: tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de medico ictu quis lethaliter solet laedi. Idem confirmatur ex c. Suscepimus, ibidem, quo Alex. III. duos Monachos reos declarat, quorum alter latrones ligaverat, qui noctu domum ingressi ipsos turpiter in personis affligere, & vestimentis propriis denudare praesumpserant: alter vero, cum frater rem ab Abbate relaturus, eos in frater custodia ligatos dimisisset, & fures seolvere niterentur (ne ab eis occideretur) occidit. Istum Pontifex Irregularem declarat: Quoniam expediebat prius post tunicum relinquere pallium, & verum sustinere iustitiam, quam pro conservandis vilibus rebus, & transitoriis tam acriter in alios exardescere. Et utrumque peccatum suum expiare jubet ad arbitrium Abbatis: quia constat latrones, contra mansuetudinem Ecclesiasticam, ex utriusque spe interemptos.

Idem confirmat Clementina: si furiosus, Tit. De Homicidio, his verbis: Si furiosus, aut infans, seu dormiens, hominem miseret, vel occidat, nullam ex hoc Irregularitatem incurrit. Et item de illo censetur, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit, vel matrem inuasorem. Igiture et contrario, si mortem aliter vitare valens aggressorem suum interficit, in Irregularitatem incurrit.

Id denique confirmat Concilium Trid. Sess. 14. cap. 7. de Reformatione: Cum estiam (inquit) qui per industriam occidit proximum suum, & per insidias, ab Altari avelli debent, qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiam si crimen id non ordine iudiciario probatum, nec aliaratione publicum, sed occultum fuerit; nullo tempore ad Sacros Ordines promoveri possit: nec illi aliqua Ecclesiastica Beneficia, etiam si Curam non habeant Animarum, conferantur: sed omni Ordine, ac Beneficio Ecclesiastico perpetuo careant. Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defendere, fuisse commissum narretur, quareb causam etiam ad Sacrorum Ordinem, & Altaris Ministerium, & Beneficia quatenusque, ac Dignitates, pro quodammodo dispensatio debeat, committatur loci Ordinis

Tridentina Synodus cogit ad eum homicida voluntario nec ad Beneficia unquam dispensatur.

vario, aut ex causa Metropolitanato, seu viciniori Episcopo, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit. Qui ergo inuasorem suum cum moderamine inculpatae tutelae repellens casu occidit, ad Summam Pontificem nihilominus confugere debet, ac interitum a Sacris Ministeriis abstinere, donec Episcopus ex Mandato Summi Pontificis, causa cognita, dispensationem ipsi Jure quodammodo debitam indulserit.

IV. Qui procurat abortionem fetus animati, aut illius quovis modo causa est, etiam foruito, & praefer intentionem, est Irregularis, ut respondet Innoc. III. cap. Sicut, Extra. De Homicidio.

V. Quae de homicidio diximus, quatenus causa est Irregularitatis, breviter explicat S. Thomas in 4. Sentent. dist. 20. qu. 2. art. 2. Quaelibet. 2. Omnes (inquit) Ordines referuntur ad Sacramentum Eucharistiae, quod est Sacramentum pacis nobis per sanguinem Christi effusum facta: & quia homicidium maxime contrariatur paci, & homicidam magis conformantur occiditibus Christum, quam ipsi Christo occidit, cui omnes Ministri praedicti Sacramenti debent conformari: ideo de necessitate praecipitur, quod non sit homicida, qui ad Ordines promovatur: quomodo non sit de necessitate Sacramenti.

Et in Responsione ad tertium: Nullus (inquit) facit nisi illud, cuius causa est, quod est voluntarium in homine: & ideo ille, qui ignoranter hominem occidit homicida casuali, non dicitur homicida, nec Irregularitatem incurrit, nisi dederit operam rei illicitae, vel nisi commiserit debitam diligentiam, quia iam quodammodo efficitur voluntarium: nec hoc est propter hoc, quod culpa caret, quia etiam sine culpa incurrit Irregularitas: & ideo etiam ille, qui se defendendo in aliquo casu, nec peccat homicidium committendo, nihilominus Irregularis est. Ob hanc rationem, qui abortus confilio Medici potione dedit infirmo, ex qua mortuus est, quomodo bono animo fecerit, est Irregularis, quia dabit operam rei illicitae, cum non esset praeter artis, ut rursus colligitur ex Cap. Tua nos, Extra. De Homicidio. Unde custodientes infirmum, & dantes aequam, vel vinum contra, vel praeter Medici praecipitum, unde mors est secuta, sunt Irregulares. Item, qui infirmum morti proximam loco movent, quo fit ut citius moriatur, sunt Irregulares, si debitam non adhibuerint diligentiam.

ARTICULUS IX.

De Impedimento ex defectu perfecta lenitatis.

I. Homicidii voluntarii, aut mutilationis perpetratio, si Clerici judicium de quibus, Notarius, licitoribus, carnificibus, dum suo iure funguntur Officio, item ab accusatoribus, denunciatoribus, & testibus in causa criminis, si mors, aut mutilatio sequatur; necnon a Militibus in Bello iusto vulnerantibus, & occidentibus, parit Irregularitatem ex defectu perfecta lenitatis, ut colligitur ex Can. Si quis viduum dist. quinquagesima, & ex cap. Ad audientiam, Extra. De Homicidio, item ex cap. Petrius, eodem Tit. & ex cap. Clericus, quod est Alexandri III. Responsum: Clericus (inquit) in Sacris Ordinibus constituitur, ex Concilio Tolosano iudicium sanguinis agitare non licet. Unde prohibemus, ne aut per se truncatio, nec membrorum facies, aut iudicium inferendum. Quod si quitalis quid fecerit, honorarijatur, & loco. Idem confirmatur ex c. Sententiarum, Extra, Ne Clerici, vel Monachi negotiis secularibus se immisceant, qui Concilii Lateranensis sub Innocentio III. Can. 18. est. Teites vero a Judice compulsi non censentur Irregulares secundum Jurisprudenciam Gallicanam, moreque, & usum huius Regni, quia causa proxima mortis reorum non habentur, sed remota duntaxat. Idem est de Notariis iudicium; sed aliarum Ecclesiarum disciplina, ac moribus Gallicani mores non praedictant.

Idem confirmat S. Thomas in 4. Sentent. dist. 25. qu. 2. art. 2. Quaelibet. 2. in Responsione ad secundum, Irregularitas (inquit) non incurritur propter peccatum tantum, sed principaliter propter inequitatiam personae ad Sacramentum Eucharistiae ministrandum, & ideo Index, & omnes, quibus causa sanguinis ei participat, sunt Irregulares propter hoc, quod effusio sanguinis non dicitur Minister tantum Sacramenti.

II. Episcopus, seu quicumque alius Praelatus, aut Clericus, Jurisdictionem obtinens temporalem, si homicidium, aut alio maleficio ab aliquibus in Jurisdictione sua commisso Bullivolo suo, aut illi contumace iniquat, ut super hoc veritatem inquirens iustitiam debitam exequatur, Irregularis censetur non debet: quomodo ipse Bullivolo, vel alius contra maleficiores ad pacem sanguinis procefferit iustitia mediantem. Nam licet Clerici causa sanguinis agitare non liceat, eas tamen (cum Jurisdictionem obtinent temporalem) debent & possunt, metu Irregularitatis cessante, aliis delegare. Sic respondet Bonifac. VIII. cap. Episcopus, Tit. Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant, in Sexto.

III. Nec etiam in Irregularitatem incurritur Clerici, qui de injuriis, damnisque fidei illatis contra maleficiores suos querelas deferant ad Iudicem, & emendam exposcunt, si Iudex mortem illis inferat, iustitia exigente: Modo praesentur expresse, quod ad vindictam, seu pacem sanguinis non intendunt.

Qui procurat abortionem fetus animati, etiam foruito, est Irregularis.

intendunt. Alioquin si Praelati, aut Clerici, propter metum huiusmodi, a qua Iudex ad pacem sanguinis possit procedere, de suis malefactoribus taliter conqueri non auderent, darentur plebsque unanimes cruciantes eosdem, & ipsum bona libere depredandi. Responsum est ejusdem Pontificis, cap. Praelati, Tit. De Homicidio, in Sexto. Si tamen ex conquantem intentione est, ut ad mortem damnetur malefactoribus illi, Irregularis erunt, quobuscumque verbis intento ista diffinuitur, licet Ecclesia illos ab Ordinis susceptione, vel executione non prohibeat, nisi huiusmodi intentionem ipsorum confessione, vel probatione comperat habere; ut observat Cardinalis Othienis in Summa, Tit. De Homicidio, §. 4. n. 5.

IV. Princeps Legem condens, cuius auctoritate rei morte damnandi sunt, non fit Irregularis, quia Leges non feruntur ad mortem inferendam, sed ad criminum licentiam reprimendam suppliciorum metu, ut docet S. Antoninus, 3. P. Tit. 28. cap. 2. Nec etiam Irregularis est, qui auctor est Principi, ut Legem ferat, qua certorum criminum rei, morte digni, capite plebantur.

V. Qui auctor est, ut capiat maleficus, non ideo fit Irregularis, etiam si is, qui capit maleficus, eum occidat, quia de licito opere consilium dedit, nec illius occasionem iussit, suavit, vel fuggessit, ut docet Innoc. III. in c. Ad audientiam, Extra. De Homicidio.

VI. Qui homicidium pro se fieri mandavit, ab Irregularitate immunis est, si contrarium mandet, antequam crudele Mandatum impleatur, vel si pacem inerat eum eo, cuius eadem imperaverat, vel si amicitiam, aliamve amicitiam eum eo contrahat, sciente eo, qui Mandatum dederat, ut eum interficeret: cum enim alterius Mandato, & in ejus gratiam homicidium perpetratur esset, contrario Mandato, vel contraria voluntate Mandanti offensam, Mandatarius ab homicidio nisi abstinere, illi soli, & non Mandanti impunitur, ut docet ibidem Innoc. III.

VII. Qui consilium de perpetrando homicidio dedit, ab Irregularitate non est immunis, nisi primum consilium revocaverit, & contrarium fasserit; immo, & illi, de cuius morte tractatum est, denuntiaverit, ut sibi caveat, si prohibitor existerit, cui consilium immane dederat, e cadis proposito non fuisse revocatum.

VIII. Irregularis est, qui in aliqua rixa, vel duello impedit aliquem, ne se defendat, ne fugiat; aut prohibet, ne aliquis cohibeat imperum aggressoris, ne aut rixantes, vel pugnantes vi compescat, vel autoritate. Id colligitur ex c. Sicut dignum, quod Alexandri III. Responsum est, Extra. De Homicidio §. Illi etiam. Sic enim loquitur: Illi etiam, qui non uterentur, sed ut percussoribus opererentur, si forte per aliorum violentiam impeditur, paulo minoribus debent panna maldari: quia cum scriptum sit: Qui potuit hominem liberare a morte, & non liberavit, eum occidit; Causa ab homicidio reatu immunis non esse, qui occisores contra alios praestare viderent: nec caret scriptura conscientia ocula, qui manifeste facinori desinit obviare.

IX. Non est Irregularis Confessorius, qui negat Absolutionem Magistrali sceleratum punire nolent secundum Legem, quomvis Lex ipsam capitis damnari jubet; modo generatim loquitur, neque mortis poenam directe significat inferendam. Eadem ratio Confessoris, abique metu Irregularitatis, urgere potest eum iudicis interrogatum, ut capitale crimen legitime legitur Judici confiteatur. Nec etiam Irregularis est, qui Curiam Sacerdotis, qui Curiam sequantur, cum Militibus adhortantur, ut strenue pugnent pro patria, pro Rege in bello iusto, qui nec factio, nec auxilium, nec praecipio, neque consilio sunt auctores homicidii; sed solum hortantur Milites, ut officio suo fungantur.

X. Qui mandat aliquem verberari, licet expresse prohibeat, ne occidatur ullatenus, vel membro aliquo mutiletur, Irregularis efficitur, si Mandatarius fines Mandati excedens, mutilet, & occidat; cum mandando in culpa fuerit, & hoc evenire posse debuerit cogitare. Responsum est Bonifacii VIII. Tit. De Homicidio, in Sexto. Cap. Is qui.

XI. Reorum supplicii, aut vindictae sanguinis interesse Clericos prohibent Canones: non sunt tamen Irregulares, qui funestis illis Spectaculis interfunt, nisi auctoritatem praesent, vel auxilium. Id colligitur ex cap. Sententiam, Extra. Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant; quod ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. sumptum est, & Glossa, & ex Innocentio IV. Commentario. Verba Canonis subijcio: Sententiam sanguinis nullas Clericos dicit, aut praesent, sed nec sanguinis iudicium exercent, aut ubi exercentur, interit. Ubi sic habet Glossa: Sed si interit tantum, nunquid propter hoc efficitur Irregularis, ut propter hoc deponatur? Non videtur, quod debeat deponi: sed alia debet puniri, quia interit contra praecipium huius Canonis. Innoc. IV. in Commentario ejusdem capitis, explicans hoc verbum, Interit, eidem sententiae suffragatur: Hoc (inquit) non facit Irregularitatem, nisi auctoritatem praesent, vel auxilium. Clerici, qui ad locum examinationis reorum, ut Sententiam capitis in eos ferendam addunt, et ad locum patibuli, ubi extremo supplicio erant plebendi, ut ferali Spectaculo pascere oculos, accedebant, honoris periculum comminatum est. Conc. Arelatense 2. Can. 19.

Ad varios casus Resp.

Qui carnificem hortatur, ut furciferum citius interficiat, ne diu vexetur, quomvis bono animo id faciat, Irregularitatis periculo se exponit. Item, si forte reus praetocatus, & strangulatus non fuerit, sed post suspensionem abducatur vivat, & aliquis monet carnificem eo animo, ut illi mortem inferat, vel ipsi auctor sit, ut Sententiam omnino exequatur, vel ne diutius languere, & pati tantum miseriam, Irregularitatis periculum subit. An autem vere sint irregulares, inter Doctores omnes non convenit. Qui enim censent ad Irregularitatem requiri, ut aliquis causa mortis proxima sit, quae opinio in Gallis fere obtinet, hos irregulares non censent: quomvis magna imprudentia rei sint, & contra mansuetudinem Ministerio suo convenientem peccant. In dubio tamen abstinere debent a sacris functionibus, & Dispensationem a Summo Pontifice humiliter postulare, quia, in dubiis semitam debemus eligere tutiorem.

ARTICULUS X.

De Impedimento infamiae.

Infamia, una est juris, altera facti. Infamia juris ab ipso Iudice inducitur, sed consequenter ad Sententiam Iudicis, qua reus criminis suis declaratur. Infamia facti ea est, quam gravia crimina suis auctoribus inurant, ex quo factis nota sunt, & perulgata. Utramque comitatur Irregularitas, ut constat ex Can. Infames. Causa 6. qu. 1. & ex Regula Juris 87. in Sexto: Infamibus porta non patens dignitatum. Contrahitur aliquando infamia delicto vero, quandoque praesumptio. Quomobrem innocens, qui falsis testimoniis, praesumptionibus, aut instrumentis oppressus, capitali poena, exilio, carcere, et ad tridrem damnatus est in foro seculari, ut Reus pronuntiat alicuius criminis, cui est annexa infamia, in Iudicio Ecclesiastico, incapax est Ordinis, Beneficiorum, & Jurisdictionis Ecclesiasticae suscipiendorum, vel exercendorum, ut comperitur ex Canonibus Causa 2. qu. 5. & toto Titulo De Purgatione Canonica relatis. Infamia facti tollitur notoria reorum emendatione. Infamia Juris non tollitur nisi Purgatione Canonica, aut Romani Pontificis Dispensatione. Quomvis ergo aliquis sit innocens, si tamen damnatus sit reus criminis, quod infamiam auctori suo inurit, tenetur in Foro exteriori pro Irregulari se gerere, quousque innocentiam suam probaverit, & Sententia Iudicis ejusdem, vel Superioris fuerit absolutus, vel Dispensationem a Sede Apostolica obtinuerit. Sic respondit Titio, qui exilio damnatus fuerat ab stuprum, cuius tamen se infonem contestabat, & per calumniam oppressus. Sic respondit Sempronio, quin Monasterio suo carcere damnatus, & reclusus, effrato carcere auferat, & Religioso habitu deponeat, velat secularis Presbyter conversabatur, iustis inanes Sententias, quam aperte iniquum esse caussabat, cum tamen innocentiam suam Superioribus Majoribus non approbaret.

CAPUT V.

De Vita, & Honestate Clericorum.

Quanto quis honoris gradu, atque dignitate praestet, tanto ceteris omni virtutum genere debet excellere. Eius enim vita omnium oculis sic expolita est, ut inde bene, vel male vivendi communiter exempla duci solent. Ut quo, ut virtuosus Principes, sic flagitiosi Sacerdotes, perniciose de Republica merentur, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed se infundunt in civitate; tem: praeter quam quod efficiant, ut ipsorum dignitas per se praecleara, atque laudabilis, odio, atque contemptu apud impium, vel malitiosum hominum genus habeatur. Ideoque Clerici, qui in sortem Domini vocati sunt, non solum ab omni vitiorum turpitudine abesse, sed etiam omni virtutum genere ornari debent: Speiactum facti, (ut ait Apoll.) Mundo, Angelis, & hominibus: Nemini dantes ullam offensionem, ne vituperantur ipsorum ministerium, sed in omnibus exhibentes semetipsos sicut Dei Ministros. Verba sunt Concilii Burdigalensis, anno 1582. celebrati. Quae autem pertinent ad vitam, & honestatem Clericorum, certis Regulis exponuntur.

REGULA I.

Clerici panis Canonici ab Episcopis compelli possunt, & debent, ut Tonfarum Clericalem, Vestesque Ordinis suo congruentes gestent.

Canonum enim observationem urgere debent Episcopi, quae ipsi divinitus tradita est a Christo, potestate honestate Clericorum. Ceteros porro Clericos praecipit, ut Tonfarum Clericalem, vestesque decentes, & Ordini suo congruentes gestant. Conc. Carthag. 4. Canon. 45. Clericus professionem suam, & habitum, & incessu probet: & ideo nec vestibus, nec calcamentis detorem quarat. Trullana Synodus, Can. 27. Nullus eorum, qui committuntur in Clero, vestimentum inducere habeat, sive in civitate, sive in habitu.

Ext. de Hom. c. 12.

1. Cor. 4.9

2. Cor. 6.

Honestas & modestia in habitu.